SCRIPTORES SYRI

SERIES TERTIA — TOMUS VII

ELIAE METROPOLITAE NISIBENI

OPUS CHRONOLOGICUM

I

CORPUS

SCRIPTORUM CHRISTIANORUM ORIENTALIUM

CURANTIBUS

I.-B. CHABOT, I. GUIDI, H. HYVERNAT.

SCRIPTORES SYRI

VERSIO

SERIES TERTIA — TOMUS VII

ELIAE METROPOLITAE NISIBENI

OPUS CHRONOLOGICUM

PARS PRIOR

INTERPRETATUS EST E. W. BROOKS



ROMAE
EXCUDEBAT KAROLUS DE LUIGI

PARISIIS
CAROLUS POUSSIELGUE BIBLIOPOLA
15, RUE CASSETTE, 15

LIPSIAE: OTTO HARRASSOWITZ

MDCCCCX

PRAEFATIO

Chronographia Eliae, metropolitae Nisibis (de cuius vita vide p. 228, 229[1]), A. S. 1330, i. e. A. C. 1019, conscripta, in duas partes divisa est, quarum prior catalogos patriarcharum, regum, etc., quibus historia brevis catholicorum Nestorianorum subiuncta est, et canonem annorum initio mutilum ad auctoris tempus pertinentem, posterior commentaria quaedam de temporum ratione continet, de quibus vide quae I. B. Chabot in praefatione ad textum partis posterioris disseruit.

In catalogis, praeter sanctas Scripturas, auctores laudat Eusebium, Anianum, Andronicum, Ptolemaeum, Afrahaṭ Persam, Theonem Alexandrinum, et Iacobum Edessenum; in historia catholicorum Ḥenānyešuʿ episc. Al Ḥirae, Yešuʿdĕnaḥ metrop. Al Baṣrae, Timotheum catholicum, et Eliam episc. Al Anbār; in catalogis patriarcharum Romae et Alexandriae quo auctore usus sit incertum est[2].

Canon annorum nunc A. S. 337 incipit; post Hegiram anni secundum eius aeram computantur, sed quo die cuius anni Seleucidarum unusquisque annus inceperit in titulis

[1] Numeri ad textum referunt.

[2] De catalogo Romano vide versiones in bibliographia laudatas.

explicatur. Inter A. H. 168 et 265 quattuor folia, inter A. H. 360 et 385 unum folium, deperdita sunt. Ad unumquemque annum fontes paene ubique citantur, opera graeca, syriaca et arabica, quorum maior pars periit. Extant graeca: S. Lucae Evangelium, Irenaeus, Tempora regum et μεγάλη σύνταξις Ptolemaei, Chronicon et Hist. Eccl. Eusebii, Hist. Eccl. Socratis, Acta Synodi Chalcedonis; syriaca: Chronographia[1] (partim deperdita) et epistulae (nondum editae) Iacobi Edesseni, Acta martyrum orientalium, Acta Synodi Iosēph catholici; arabici Annales Al Ṭabari. Deperierunt[2] graeca: Tempora regum Theonis Alexandrini[3] (A. S. 472 617), Ammonius Alexandrinus[4] (A. S. 608, 609), Canon annorum Andronici[5] (A. S. 351*-646), Liber consulum (A. S. 724); syriaca: Series regum Edessae (A. S. 337*-530), Narratio temporum diversorum (A. S. 551-579 [?]), Hist. Eccl. Barsāhde Karkensis[6] (A. S. 795-797 [?]) et Iohannis Ephesini[7] (A. S. 748-881), Series temporum regum Persarum (A. S. 538-902), Hist. Eccl. Allāhāzĕkhā (A. S. 911-917) et Michaeae (A. S. 906-920 [?]), Libri seriei temporum (A. S. 933-A. H. 89), Hist. Eccl. Yešuʿdĕnāḥ metropol. Al Baṣrae[8] (A. S. 561-A. H. 95), Hegumenus coenobii magni (A. H. 122, 123),

[1] Citat Elias nunc Chronicon, nunc Canonem, sc. praefationem et canonem annorum eiusdem operis, quod in t. IV huius seriei edidi.

[2] Annos primae et ult. citationis in uncis adiungo. Ubi lacuna praecedit vel sequitur, annum asterisco noto.

[3] Hoc opus, separatim deperditum, cum canone Ptolemaei et aliorum coniunctum ap. HALMA, *Comm. de Theone*, III, I, p. 140, editum est. Hic catalogus a similiter nominato catal. Eliae (p. 39-42) valde discrepat.

[4] PAULY-WISSOWA, s. v. Ammonios (20).

[5] Vixit sub Iustiniano (pars post., p. 99).

[6] ASSEMANI, *B. O.*, III, I, p. 229.

[7] Pars 3a et multa fragm. partis 2ae extant.

[8] Cf. etiam p. 44, 45 nostri textus. De eo vide ASSEMANI, *B. O.*, III, I, p. 195.

Daniel Bar Mūsa[1] (A. H. 122-131), Hist. Eccl. Pethyun (A. H. 148, 151*) et Dionysii patriarchae[2] (A. H. 138-152*), Ḥenānyešuʿ Bar Serušwāy episc. Al Ḥīrae[3] (A. H. 154-158*), Aaron Bar — (A. H. 273), Series temporum metr. Nisibis, cuius pars fuisse videtur Historia[4] Cypriani, (A. S. 612-A. H. 301), Hist. Eccl. (A. H. 286, 287) et Confessio (A. H. 310) Eliae episc. Al Anbār[5]: Hist. Eccl. Simeonis diac. Iacobitae (A. S. 879-A. H. 310), Collectiones (A. H. 111-352*), Series temporum catholicorum Nestorianorum (A. H. 111-352*), et patriarch. Iacobitarum (A. H. 89-354*); arabica: Al Khuwarizmi[6] (A. H. 11-168*), ʿUbaid Allah Ibn Aḥmad[7] (A. H. 266*-281), Al Ṣūli[8] (A. H. 133-315), Series temporum regum Saracenorum (A. H. 1-317), Thābit Ibn Sinān[9] (A. H. 320-360*). In ea parte quae ultimam lacunam sequitur nullos fontes citat auctor, sed quae ipse meminerat vel audierat narrat. Finem canonis notitiae variae historicae in codice sequuntur: ultima A. S. 2008, i. e. A. C. 1697 conscripta est.

In parte posteriore operis hos fontes citat: Sanctas Scripturas, Iosephi Antiquitates, Ptolemaei μεγάλην σύνταξιν, Supputationem paschalem Hippolyto adscriptam, Canones Apostolorum, Eusebii Caesariensis Histor. Eccl. et Tractatum de Paschate, Athanasium, Eusebii Emeseni Disputationem contra Iudaeos, Andreae fratris Magni episcopi

[1] Avus maternus Dionysii (MICH., ed. Chabot, p. 378, 449)

[2] Pars operis, quod ad A. C. 843 pertinebat, ap. Mich. servata est.

[3] Cf. etiam p. 44 nostri textus. De eo vide ASS., *B. O.*, III, I, p 261. Opus historicum non aliunde notum est.

[4] Sic legendum p. 85, l. 14, pro « Narratio ».

[5] *B. O.*, III, I, p. 258, MARĪ, ed. Gismondi, p. 89.

[6] *Fihrist*, I, p 274.

[7] Ibid., p. 147.

[8] Ibid., p. 150

[9] WÜSTENFELD, *Die Geschichtsschreiber d. Araber*, 135.

Tractatum de azymis, Diodori Tarsensis Chronicon, Theodori Mopsuesteni Comm. in Genesim, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyssenum, Epiphanii Tractatum de Paschate, Pseudo-Dionysium Areopagitam, Can. annorum Aniani et Andronici, Simeonis Baraqyae[1] Comm. in Chronicon, Georgii episcopi Arabum epistulas, Iacobum Edessenum, Thābit Ibn Sinān, Mišnam Iudaeorum; sed an his omnibus ipse usus sit valde dubitandum est. Calendarium Šiyaʿitarum (pars post., p. 160), quod cum Mūsa Ibn Gaʿfar desinit, ab opere inter A. C. 799 et 818 scripto haustum esse videtur.

Codicem archetypum esse, ut in praefatione ad textum scripsi, nunc affirmare non ausim. Scribas quidem A et B textus arabici versionem textus syriaci quem nunc habemus ipsos fecisse vix negari potest; de textu autem syriaco et de manu E textus arabici, vide praefationem ad partem posteriorem textus.

In versione latina variationes textus arabici ab E exarati ubique adhibui, variationes vero manuum A et C, ut quae nihil nisi imperitiam vel incuriam interpretum demonstrent, paucis exceptis, neglexi.

Series Olympiadum, quae, ut in praef. ad textum dictum est, quarto quoque anno commemorantur, ita se habet:

Ol.	A. S.	Ol.	A. S.	Ol.	A. S.
CCI	= 337	CCVIII	= 365	CCXV	= 393
CCII	= 341	CCIX	= 369	CCXVI	= 397
CCIII	= 345	CCX	= 373	CCXVII	= 401
CCIV	= 349	CCXI	= 377	CCXVIII	= 405
CCV	= 353	CCXII	= 381	CCXIX	= 409
CCVI	= 357	CCXIII	= 385	CCXX	= 413
CCVII	= 361	CCXIV	= 389	CCXXI	= 417

[1] Vixit sub Khusrau II (pars post., p. 99).

Ol.	A. S.	Ol.	A. S.	Ol.	A. S.
CCXXII	= 421	CCLVIII	= 565	CCXCIV	= 709
CCXXIII	= 425	CCLIX	= 569	CCXCV	= 713
CCXXIV	= 429	CCLX	= 573	CCXCVI	= 717
CCXXV	= 433	CCLXI	= 577	CCXCVII	= 721
CCXXVI	= 437	CCLXII	= 581	CCXCVIII	= 725
CCXXVII	= 441	CCLXIII	= 585	CCXCIX	= 729
CCXXVIII	= 445	CCLXIV	= 589	CCC	= 733
CCXXIX	= 449	CCLXV	= 593	CCCI	= 737
CCXXX	= 453	CCLXVI	= 597	CCCII	= 741
CCXXXI	= 457	CCLXVII	= 601	CCCIII	= 745
CCXXXII	= 461	CCLXVIII	= 605	CCCIV	= 749
CCXXXIII	= 465	CCLXIX	= 609	CCCV	= 753
CCXXXIV	= 469	CCLXX	= 613	CCCVI	= 757
CCXXXV	= 473	CCLXXI	= 617	CCCVII	= 761
CCXXXVI	= 477	CCLXXII	= 621	CCCVIII	= 765
CCXXXVII	= 481	CCLXXIII	= 625	CCCIX	= 767
CCXXXVIII	= 485	CCLXXIV	= 629	CCCX	= 773
CCXXXIX	= 489	CCLXXV	= 633	CCCXI	= 777
CCXL	= 493	CCLXXVI	= 637	CCCXII	= 781
CCXLI	= 497	CCLXXVII	= 641	CCCXIII	= 785
CCXLII	= 501	CCLXXVIII	= 645	CCCXIV	= 789
CCXLIII	= 505	CCLXXIX	= 649	CCCXV	= 793
CCXLIV	= 509	CCLXXX	= 653	CCCXVI	= 797
CCXLV	= 513	CCLXXXI	= 657	CCCXVII	= 801
CCXLVI	= 517	CCLXXXII	= 661	CCCXVIII	= 805
CCXLVII	= 521	CCLXXXIII	= 665	CCCXIX	= 809
CCXLVIII	= 525	CCLXXXIV	= 669	CCCXX	= 813
CCXLIX	= 529	CCLXXXV	= 673	CCCXXI	= 817
CCL	= 533	CCLXXXVI	= 677	CCCXXII	= 821
CCLI	= 537	CCLXXXVII	= 681	CCCXXIII	= 825
CCLII	= 541	CCLXXXVIII	= 685	CCCXXIV	= 829
CCLIII	= 545	CCLXXXIX	= 689	CCCXXV	= 833
CCLIV	= 549	CCXC	= 693	CCCXXVI	= 837
CCLV	= 553	CCXCI	= 697	CCCXXVII	= 841
CCLVI	= 557	CCXCII	= 701	CCCXXVIII	= 845
CCLVII	= 561	CCXCIII	= 705	CCCXXIX	= 849

Ol.	A. S.	Ol.	A. S.	Ol.	A. S.
CCCXXX	= 853	CCCXXXVII	= 881	CCCXLIV	= 909
CCCXXXI	= 857	CCCXXXVIII	= 885	CCCXLV	= 913
CCCXXXII	= 861	CCCXXXIX	= 889	CCCXLVI	= 917
CCCXXXIII	= 865	CCCXL	= 893	CCCXLVII	= 921
CCCXXXIV	= 869	CCCXLI	= 897	CCCXLVIII	= 925
CCCXXXV	= 873	CCCXLII	= 901	CCCXLIX	= 929
CCCXXXVI	= 877	CCCXLIII	= 905	CCCL	= 933

Bibliographia:

a. Editiones:

FR. BAETHGEN. *Fragmenta syrischer u. arabischer Historiker,* Leipzig, 1884 (*Abh. f. die Kunde des Morgenlandes,* Bd. VIII, nº 3). Textus integer canonis ab Hegira ad finem, cum versione germanica et docta, praesertim de auctoribus citatis, praefatione. Excerpta quaedam de priore parte canonis p. 4 dantur.

TH. J. LAMY. *Élie de Nisibe; sa Chronologie,* Bruxelles, 1888 (*Bull. de l'Acad. Roy. de Belgique,* t. XV, p. 57). Textus syriacus, valde imperfectus, notitiarum canonis ante Hegiram quae de fontibus non extantibus haustae sunt et catalogi Sassanidarum (p. 42, 43), cum versione gallica.

J. B. ABBELOOS et TH. J. LAMY. *Gregorii Barhebraei Chronicon Ecclesiasticum,* Lovanii, 1872-7, t. I, col. 36-38. Textus syriacus catalogi paparum (p. 21, 22) cum versione latina. Excerpta etiam multa e canone et historia catholicorum cum vers. lat. passim in notis edita sunt.

J. P. N. LAND. *Anecdota Syriaca,* t. I, p. 45-51; II, p. 11, 12, Lugduni Batavorum, 1862-8. Textus syriacus sectionis 'De mensuris annorum populorum' (p. 5-9 partis posterioris) cum versione latina et correctionibus.

P. DE LAGARDE. *Analecta Syriaca,* Londinii, 1858, p. 89, 90. Textus syriacus supputationis paschalis Hippolyto adscriptae (p. 111, 112 partis posterioris) omissa tabula.

P. MARTIN apud J. B. PITRA. *Analecta sacra spicilegio Solesmensi parata,* t. IV, p. 56, 57, 324, 325, Parisiis, 1883. Idem cum versione latina.

b. Versiones:

L. J. DELAPORTE. *La Chronographie d'Élie Bar-Šinaya, métrop. de Nisibe,* Parisiis, 1910 (*Bibl. de l'École des Hautes Études, Sciences hist. et philol.,* fasc. 181). Versio gallica totius operis.

R. A. LIPSIUS. *Chronologie d. römischen Bischöfe,* Kiel, 1869, p. 36, 37. Versio germanica catalogi paparum, textu a Sachau collato.

L. DUCHESNE. *Le Liber Pontificalis,* t. I, p. 41 (cf. p. XXIII, XXIV), Parisiis, 1886. Eiusdem versio latina.

J. B. LIGHTFOOT. *The Apostolic Fathers,* pt. I, vol. I, p. 241 (cf. p. 242), Londinii, 1890. Eiusdem versio latina, textu a Budge collato, usque ad Gaium papam, omissa praefatione.

A. HARNACK. *Gesch. d. altchristlichen Litt. bis Eusebius,* Thl. II, Bd. I, p. 92, 93, Leipzig, 1897. Eiusdem versio latina usque ad Gaium papam, omissa praefatione.

c. Notitiae posteriores post finem canonis, apud ROSEN et FORSHALL, *Cat. Codd. Mss. Or.,* pt. I, p. 89, 90 (cf. WRIGHT, p. 1206, 1207) editae sunt cum versione latina.

d. Vide etiam: TH. NÖLDEKE, *Gesch. d. Perser u. Araber zur Zeit d. Sassaniden,* Lugduni Batavorum, 1879, p. 400-436, ubi Eliae catalogus Sassanidarum ad chronologiam elucidandam praecipue adhibetur.

E. W. B.

ERRATA

p. **4**, l. 34, pro « Iošāphat », lege « Iĕhošāphāt ».
p. **10**, l. 14, pro « Iŏhošāphāt », lege « Iĕhošāphāt ».
p. **85**, l. 14, pro « Narratio », lege « Historia » Cypriani.
p. **85**, l. 29, pro « Sennam », lege « Šennam », et similiter p. **93**, l. 4.
p. **86**, l. 25, pro « Sĕduswāy », lege « Šeduswāy ».
p. **107**, l. 20, pro « Zūṭi », lege « Zuṭṭi ».
p. **112**, n. 3, lege: vox arabica quae significat « vestimenta ».

(*Deest initium*).

[.	3819.	p. 7.
Et post exitum rexit Moses][1] 40 [annos].	38[59].	
Iesus filius Nūn non [ostendit Scriptura quot annos rexerit][1].		
Chūšan iniquus subiecit omnem [Is]rāēl [8] annos.	3[867.	
ʿOth]niēl filius [Qĕnaz] rexit [40] annos.	3[907.	
ʿEglon] rex Moāb subiecit 18 annos.	3925.	
[Ah]ū[r] filius Gērae [rexit] 80 annos.	4005.	
[Nābīn] rex Chanaan subiecit 20 annos.	4025.	
Dĕbora et Bārāq rexerunt 40 annos.	4065.	
Madianitae subiecerunt filios Isrāēl 7 annos.	4072.	
Gedʿon filius Ioāš rexit 40 annos.	4112.	
Abīmel[ech] filius Gedʿonis rexit 3 annos.	41[1]5.	
Tholāʿ filius Phūae rexit 23 annos.	4[1]38.	
Iāīr Galaadita rexit 22 annos.	4160.	
Philistaei et filii ʿAmmonis subiecerunt 18 annos.	4178.	
Nephthāḥ Galaadita rexit 6 annos.	41[84].	
Abiṣan e Bēth Lĕḥem rexit 7 annos.	4191.	
Ēlon e Zĕbūlun rexit 10 annos.	4201.	
ʿAbdon E[ph]rathonita rexit 8 annos.	4209.	
Philistaei subiecerunt filios Isrāēl 40 annos.	4249.	
Samson fortis rexit eos 20 annos.	4269.	
ʿĒl[ī] sacerdos rexit eos 20 annos.	4289.	
Samuel sacerdos et propheta rexit 20 annos.	4309.	
[S]aul rex filius Qīš regnavit 40 annos.	4349.	
David rex filius Īššai regnavit 40 annos.	4389.	
Salomon donec templi aedificationem incepit 4 annos.	4393.	
Et vixit in regno postquam templi aedificationem incepit 36 a.	4429.	
*R[ĕḥa]bʿām filius Salomonis regnavit 17 annos.	4446.	p. 8.
Abia filius Rĕḥabʿām regnavit 3 annos.	4449.	
Asa filius Abiae regnavit 41 annos.	4490.	
Iĕhošāphāt filius Asae regnavit 25 annos.	4515.	
[I]orām filius Iošāphāt regnavit [8] annos.	[4523].	
Ochozias filius Iorām regnavit 1 annum.	45[2]4.	
Athalia mater Ochoziae regnavit 7 annos.	[4531].	
Ioāš filius Ochoziae regnavit 40 annos.	[4571].	

[1] E p. 4 suppl. . Haec tabula computum secundum LXX praebet.

Amasias filius Ioā[š] regnavit 29 annos. 4600.
Ozias filius Amasiae regnavit 52 annos. 4652.
Iothām filius Oziae regnavit 16 annos. 46[68].
Āḥāz filius Iothām regnavit 16 annos. 4684.
Ezechias filius Āḥāz regnavit 29 annos. 4713.
Manasses filius Ezechiae regnavit 55 annos. 4[76]8.
Āmon filius Manassis regnavit 2 annos. 4770.
Iosias filius Āmonis regnavit 31 annos. 4801.
Iĕhoāḥāz filius Io[s]iae regnavit 3 menses. 4[8]01.
Ioiāqīm filius Iosiae regnavit 11 annos. 4812.
Ioiāchīn filius Ioiāqīm regnavit 3 menses. 4813.
Sedecias, cuius [diebus] fuit Babylonis captivitas, 11 ann.. 4824.
Et vixit Nĕbūchadnāṣṣar post captivitatem 26 annos. 4850.
Et a morte Nĕbūchadnāṣṣaris usque ad initium aerae Alexandri secundum computum Ptolemaei sapientis 250 a.. 5100.

Sunt autem anni ab Adamo usque ad initium aerae [Alexandri, secundum computum qui a Pentateucho et Libro Iudicum et Libro Regum qui apud Graecos *sunt* desumptus est et ut censet liber Canonis Regnorum[1] P]t[ole]maei [sapientis 5100
p. 9. praeter annos *Iesu filii Nūn,][1] quorum [numerum] non ostendit Scriptura. Samuel quoque [propheta] non ostendit Scriptura [quot] annos iudicaverit filios Isrāēl: verumtamen putatur [eum] viginti annos [iudicasse], secundum id quod in Actis [Apostolorum] scriptum est, dixisse Paulum per 450 [annos] Deum filiis Isrāēl iudices [dedisse], et tunc regnasse [S]aulem filium Qīš. Et, cum iudicum annos secundum versionem quae apud Graecos *est* sumimus, ad mortem ʿĒlī sunt 430 anni; et post ʿĒlī iudicavit Sam[u]el; et deinde regnavit Saul. Ab hoc autem putatur Samuelem 20 annos iudicasse, qui sunt complementum 450 annorum, quos dixit Paulus. Et sciendum porro non ostendisse Scripturam quot annos regnaverit Saul: verumtamen putatur eum 40 annos regnasse, ab eo quod in Libro Samuelis apud Graecos et Iudaeos stat, postquam rex factus esset Sa[u]l, fuisse ei hos tres filios, Io[na]tham et Iišui et M[alchišūaʿ]; et, mortuo Saule, regnasse Ešbāšūl [filium] regis 40 [annos] natum: per hoc autem significatur natum esse Ešbāšūl postquam rex factus esset Saul pater eius, et regnasse Saulem 40 annos, quoniam post mortem eius regnavit [Ešbā]šūl 40 annos natus.

[1] E p. 5 suppl..

Et hoc ut ostendit Eusebius in libro Chronici, et ut [dixit] Paulus apostolus.

Sunt autem [anni] ab exitu filiorum Isrāēl ex Aegypto usque ad templi aedificationem, secundum hunc computum, 5[7]4 anni praeter annos Iesu filii Nun, quorum numerum non significavit Scriptura; verumtamen certum est eos plus quam 5 annos et minus quam 50 annos fuisse, ut infra ostendemus. Scriptura autem Libri Regum censet ab exitu filiorum Isrāēl *ex Aegypto p. 10. usque ad annum quartum regni Salomonis quo is templi aedificationem incepit *esse* 440 annos. Sunt autem anni ab Adamo usque ad initium aerae Alexandri, secundum computum hunc, 4976[1] anni: et in codicibus nonnullis Libri Chronicorum qui apud Graecos *sunt* scriptum est Āmonem filium Manassis 12 annos regnasse; et in omnibus codicibus Libri Regum, scilicet apud Graecos et Iudaeos et Syros, et Libri Chronicorum apud Iudaeos et Syros scriptum est [Ām]onem filium Manassis 2 annos regnasse.

[Anni domus] A[dami ut] censet [. . . . . I]udaeos. . . . .[2]

[Ada]mus [130 annos] natus genuit Šēth. [130.
Šēth] 105 annos natus [genuit Eno]š. [235.
Enoš] 90 annos natus [genuit Qainanem. 325].
Qainān 70 annos natus [genuit Mahala]lĕelem. 395].
Mahalalĕēl 65 annos natus genuit Iāred. 460.
Iāred 162 annos natus genuit Ḥenoch. 622.
Ḥenoch 65 annos natus genuit Mathūšālaḥ. 687.
Mathūšālaḥ 187 annos natus genuit Lāmech. 874.
Lāmech 182 annos natus genuit Noaḥ. 1056.
Noaḥ 500 annos natus genuit Šēm. 1556.
Šēm 102 annos natus genuit Arphachšarem. 1658.
Arphachšar 35 annos natus genuit Šelaḥ. 1693.
Šelaḥ 30 annos natus genuit ʿĒberem. 1723.
ʿĒber 34 annos natus genuit Phāleg. 1757.
*Phāleg 30 annos natus genuit Arʿū. 1787. p. 11.
Arʿū 32 annos natus genuit Sĕrūg. 1819.
Sĕrūg 30 annos natus genuit Naḥorem. 1849.
Naḥor 29 annos natus genuit Thāraḥ. 1878.

[1] Summa 3819 + 440 + 707 (5100 — 4393) = 4966. — [2] Hoc est, secundum textum hebraicum.

Thāraḥ 70 annos natus genuit Abrāhām. 1948.
Abrāhām 75 annos natus promissionem meruit. 2023.
Et a promissione usque ad exitum ex Aegypto 430 anni. 2453.
Et post exitum rexit Moses filios Israel 40 annos. 2493.
Iesus filius Nūn non ostendit Scriptura quot annos rexerit.
Chūšan iniquus subiecit filios Isrāēl 8 annos. 2501.
ʿOthniēl filius Qĕnaz rexit filios Israel 40 annos. 2541.
ʿEglon rex Moāb subiecit 18 annos. 2559.
Ahūr filius Gērae rexit 80 annos. 2639.
Nābīn rex Chanaan subiecit 20 annos. 2659.
Dĕbora et Bārāq rexerunt 40 annos. [26]9[9].
Madianitae subiecerunt filios Isrāēl 7 annos. 2706.
Gedʿon filius Ioaš rexit 40 annos. 274[6].
Abīmelech filius Gedʿonis rexit 3 annos, 2[7]49.
Tholaʿ filius Phūae rexit 23 annos. 2772.
Iāīr Galaadita rexit 22 annos. 2794.
Philistaei et filii ʿAmmonis subiecerunt 18 annos. 2812.
Nephthāḥ Galaadita rexit 6 annos. 2818.
Abīṣān e Beth Leḥem rexit 7 annos. 2825.
Ēlon e Zĕbūlun rexit 10 annos. 2835.
ʿAchron Ephrathonita rexit 8 annos. 2843.
Philistaei subiecerunt filios Isrāēl 40 annos. 2883.
Samson fortis rexit 20 annos. 2903.
ʿĒlī sacerdos rexit filios Isrāēl 40 annos. 2943.
Samuel non ostendit Scriptura quot annos iudicaverit.
p. 12. *Et Saul etiam non ostendit Scriptura quot annos regnaverit.
David rex et propheta regnavit 40 annos. 2983.
Salomon donec templi aedificationem incepit 4 annos. 2987.
Et regnavit postquam templi aedificationem incepit 36 a.. 3023.
Rĕḥabʿām filius Salomonis regnavit 17 annos. 3040.
Abia filius Rĕḥabʿām regnavit 3 annos. 3043.
Asa filius Abiae regnavit 41 annos. 3084.
Iĕhošāphāt filius Asae regnavit 25 annos. 3109.
Iorām filius Iošāphat regnavit 8 [annos]. 3117.
Ochozias filius Iorām regnavit 1 annum. 3118.
Athalia mater Ochoziae regnavit 7 annos. 3125.
Ioāš filius Ochoziae regnavit 40 annos. 3165.
Amasias filius Ioāš regnavit 29 annos. 3194.
Ozias filius Amasiae regnavit 52 annos. 3246.

Iothām filius Oziae regnavit 16 annos. 3262.
Āḥāz filius Iothām regnavit 16 annos. 3278.
Ezechiaṣ filius Āḥāz regnavit 29 annos. 3307.
Manasses filius Ezechiae regnavit 55 annos. 3362.
Āmon filius Manassis regnavit 2 annos. 3364.
Iosias filius Āmonis regnavit 31 annos. 3395.
Iĕhoāḥāz filius Iosiae regnavit 3 menses. 3395.
Ioiāqīm filius Iosiae regnavit 11 annos. 3406.
Ioiāchīn filius Ioiāqīm regnavit 3 menses. 3407.
Ṣedecias cuius dierum fine fuit Babyloniṣ captivitas 11 a.. 3418.
Et vixit Nĕbūchadnāṣṣar rex Babylonis post captivitatem 26 a. 3444.
Et a morte Nĕbūchadnāṣṣaris usque ad initium aerae Alexandri secundum computum Ptolemaei sapientis 250 anni. 3694.

Sunt autem anni ab Adamo usque ad initium aerae *Alexan- p. 13. dri [1] secundum computum qui a Pentateucho et Libro Iudicum et Libro Regum qui apud Iudaeos *sunt* desumitur, et ut censet liber Canonis Regnorum Ptolemaei, 3694 anni praeter annos Iesu filii Nūn et Samuelis et Saulis quorum numerum non ostendit Scriptura. Versio autem quae apud Syros *est* censet eos esse 3699 annos, praeter annos Iesu filii Nūn et Samuelis et Saulis. Et causa additionis horum quinque annorum qui apud Syros *inveniuntur* est quod in versione quae apud Syros *est* scriptum est Thāraḥ 75 annos natum genuisse Abrāhām, et in versione quae apud Iudaeos 70 annos. Et sciendum est divinam Scripturam non ostendisse quot annos rexerit Iesus filius Nūn: verumtamen certum est eum plus quam quinque annos rexisse a verbis quae dixit Chālēb filius Iūphnae, quibus ostendit se 40 annos natum ex Aegypto exiisse, et, quando haec verba Iesu filio Nūn dixit, se 85 annos natum esse [2]; et certum est eum minus quam 50 annos rexisse, ex eo quod 110 annos vixit, et plus quam 20 annos natus ex Aegypto exiit (et hoc certum est ex eo quod Deus Mosi dixit [3] nullum ex omnibus filiis Isrāēl qui ex Aegypto 20 annos nati vel seniores exiissent terram promissionis intraturum, praeter Iesum filium Nūn et Chālēb filium Iūphnae), et in deserto 40 annos fuit. Reperiuntur igitur anni quos regebat minus quam 50 [anni].

[1] Arab. « Dhū 'l Qarnain »; et ita semper. — [2] Ios., xiv, 7, 10. — [3] *Num.* xiv, 29, 30.

p. 14. Nonnulli autem..... dicunt *eum 28 [annos rexisse.....] Certum est..... et omnes sapientes Graecorum et . . . . .

(Folium saltem deest).

. . . .

Arṭaḥšašt Ochus regnavit 27 annos.	4860.
Arses filius Ochi regnavit 4 annos.	4864.
Darius filius Aršakh regnavit 6 annos.	4870.
Alexander hircus caprorum [1] regnavit 6 annos.	4876.
Et a morte Alexandri usque ad initium regni Seleuci regis Babylonis ab initio cuius regni incipit aera quae vocatur Alexandri 12 anni.	4888.

Sunt autem anni ab Adamo usque ad initium aerae Alexandri secundum hunc computum 4888 anni; qui numerus a Chronico Eusebii desumptus est, nec cum alterutro e numeris antecedentibus quadrat. Et post Eusebii tempus Mār Diodorus, Tarsi episcopus, librum Chronici composuit, in quo Eusebii Chronicon dissolvit ac confutat et annorum numerum ac computum quem composuit non verum esse demonstrat. Et Annius [2] etiam Alexandrinus et Iacobus Edessenus Eusebii computum annorum non verum esse demonstrant. Et certum est non verum esse computum annorum quem composuit, ex eo quod Qainanem filium Arphachšaris qui in versione quae apud Graecos *est* et in Sancto Evangelio commemoratur non commemoravit, neque annos eius, qui sunt 130 anni, computo inseruit; et ex eo quod statuit Levi 46 annos natum genuisse Qĕhāth, quod non verum est, quoniam natus est Qĕhāth antequam Iacobus in Aegyptum descenderet, et Iacobus 130 annos natus in Aegyptum
p. 15. descendit, et erat *tunc Levi 41 annos natus. Quare non verum *est* quod dixit, Levi 46 annos natum genuisse Qĕhāth.

Anni domus Adami iuxta sententiam Afrahaṭ sapientis Persae [3].

Adamus 130 annos natus genuit Sēth.	130.
Sēth 105 annos natus genuit Enoš.	235.
Enoš 90 annos natus genuit Qainanem.	325.
Qainān 70 annos natus genuit Mahalalĕelem.	395.

[1] Dan., viii, 5. — [2] Sc. Anianus. — [3] *Dem.* xxiii (ed. Parisot, apud *Patrol. Syr.*, part. I, tom. II).

Mahalalĕel 65 annos natus genuit Iāred.	460.
Iāred 162 annos natus genuit Ḥenoch.	622.
Ḥenoch 65 annos natus genuit Mathūšālaḥ.	687.
Mathūšālaḥ 187 annos natus genuit Lāmech.	874.
Lāmech 182 annos natus genuit Noaḥ.	1056.
Noaḥ 500 annos natus genuit Sēm.	1556.
Šēm 102 annos natus genuit Arphachšarem.	1658.
Arphachšar 35 annos natus genuit Šelaḥ.	1693.
Šelaḥ 30 annos natus genuit ʿĒberem.	1723.
ʿĒber 34 annos natus genuit Phāleg.	1757.
Phāleg 30 annos natus genuit Arʿū.	1787.
Arʿū 32 annos natus genuit Sĕrūg.	1819.
Sĕrūg 30 annos natus genuit Naḥorem.	1849.
Naḥor 29 annos natus genuit Thāraḥ.	1878.
Thāraḥ 70 annos natus genuit Abrāhām.	1948.
Abrāhām 100 annos natus genuit Isaac.	2048.
Isaac 60 annos natus genuit Iacobum.	2108.
Et Iacobus 130 annos natus in Aegyptum descendit.	2238.
Et fuerunt filii Isrāēl in Aegypto donec exierunt 225 a..	2463.
Et ab exitu eorum usque ad templi aedificationem 480 a..	2943.
Et a templi aedificatione usque ad Babylonis captivitatem 425 anni.	3368.
*Et a captivitate usque ad initium aerae Graecorum 100 anni. [1]	3468. p. 16.

Sunt autem anni ab Adamo usque ad initium aerae Graecorum secundum hunc computum 3468 anni, qui numerus cum nullo e numeris antecedentibus quadrat, numero tamen quem Iudaei hoc tempore tenent propinquus est, eo quod a textu qui apud eos *est* desumptus est; et textus qui apud Iudaeos *est* non verus est, ut alio loco demonstravi.

Anni domus Adami secundum sententiam Annii Alexandrini.

Adamus 230 annos natus genuit Šēth.	230.
Šēth 205 annos natus genuit Enoš.	435.
Enoš 190 annos natus genuit Qainanem.	625.
Qainān 170 annos natus genuit Mahalalĕelem.	795.

[1] Hoc apud Afrahaṭ non invenitur.

Mahalalĕēl 165 annos natus genuit Iāred. 960.
Iāred 162 annos natus genuit Ḥenoch. 1122.
Ḥenoch 165 annos natus genuit Mathūšālaḥ. 1287.
Mathūšālaḥ 167 annos natus genuit Lāmech. 1454.
Lāmech 188 annos natus genuit Noaḥ. 1642.
Noaḥ 500 annos natus genuit Šēm. 2142.
Šēm 102 annos natus genuit Arphachšarem. 2244.
Arphachšar 135 annos natus genuit Qainanem. 2379.
Qainān 130 annos natus genuit Šĕlaḥ. 2509.
Šĕlaḥ 130 annos natus genuit ʿĒberem. 2639.
ʿĒber 134 annos natus genuit Phāleg. 2773.
Phāleg 130 annos natus genuit Arʿū. 2903.
Arʿū 132 annos natus genuit Sĕrūg. 3035.
Sĕrūg 130 annos natus genuit Naḥorem. 3165.
p. 17. *Naḥor 79 annos natus genuit Thāraḥ. 3244.
Thāraḥ 70 annos natus genuit Abrāhām. 3314.
Abrāhām 75 annos natus promissionem meruit. 3389.
Et a promissione usque ad exitum ex Aegypto 430 anni. 3819.
Et ab exitu usque ad templi aedificationem 640 anni. 4459.
Et a templi aedificatione usque ad Babylonis captivitatem 440 anni. 4899.
Et a Babylonis captivitate usque ad initium aerae Graecorum 282 anni. 5181.

Sunt autem anni ab Adamo usque ad initium aerae Graecorum secundum hunc computum 5181 anni; qui numerus cum nullo e numeris antecedentibus quadrat; et certum est eum non verum esse ex eo quod censet ab exitu filiorum Isrāēl ex Aegypto usque ad templi aedificationem *esse* 640 annos; id quod testimonium non habet neque a Scriptura neque a natura.

Anni domus Adami secundum sententiam Andronici in Libro temporum.

Adamus 230 annos natus genuit Šēth. 230.
Sēth 205 annos natus genuit Enoš. 435.
Enoš 190 annos natus genuit Qainanem. 625.
Qainān 1[70] annos natus genuit [Ma]halal[ĕe]lem. 795.
Mahalalĕēl 165 annos natus genuit Iāred. 960.
Iāred 162 annos natus genuit Ḥenoch. 1122.
Ḥenoch 165 annos natus genuit Mathūšālaḥ. 1287.

Mathūšālaḥ 187 annos natus genuit Lāmech. [1] 1477.
Lāmech 182 annos natus genuit Noaḥ. 1656.
Noaḥ 500 annos natus genuit Šēm. 2156.
*Šēm 102 annos natus genuit Arphachšarem. 2258. p. 18.
Arphachšar 135 annos natus genuit Qainanem. 2393.
Qainān 139 annos natus genuit Šelaḥ. 2532.
Šelaḥ 130 annos natus genuit ʿĒberem. 2662.
ʿĒber 134 annos natus genuit Phāleg. 2[7]96.
Phāleg 130 annos natus genuit Arʿū. 2926.
Arʿū 132 annos natus genuit Sĕrūg. 3058.
Sĕrūg 130 annos natus genuit Naḥorem. 3188.
Naḥor 79 annos natus genuit Thāraḥ. 3267.
Thāraḥ 70 annos natus genuit Abrāhām. 3337.
Abrāhām 100 annos natus genuit Isaac. 3437.
Isaac 60 annos natus genuit Iacobum. 3497.
Iacobus 89 annos natus genuit Levi. 3586.
Levi 46 annos natus genuit Qĕhāth. 3632.
Qĕhāth 60 annos natus genuit ʿAmrām. 3692.
ʿAmrām 70 annos natus genuit Mosem. 3762.
Et Moses 80 annos natus Israelitas ex Aegypto eduxit. 3842.
Et deinde rexit eos Moses in deserto 40 annos. 3882.
Iesus filius Nūn Mosis discipulus 27 annos. 3909.
Et Chūšan iniquus eos subiecit 8 annos. 3917.
Et iudicavit eos Othniēl filius Qĕnaz 40 annos. 3957.
Et subiecit eos ʿEglon rex Moāb 18 annos. 3975.
Ahūd filius Gērae iudicavit eos 80 annos. 4055.
Ṇābīn rex Chanaan subiecit eos 20 annos. 4075.
Dĕbora et Bārāq iudicaverunt eos 40 annos. 4115.
Et subiecerunt filios Isrāēl Madianitae 7 annos. 4122.
Gedʿon filius Ioāš iudicavit eos 40 annos. 4162.
Abīmelech filius Gedʿonis iudicavit eos 3 annos. 4165.
Ṭholāʿ filius Phūae iudicavit eos 22 annos. 4187.
*Iāīr Galaadita iudicavit eos 22 annos. 4209. p. 19.
Philistaei et filii ʿAmmon subiecerunt eos 18 annos. 4227.
Nephthāḥ Galaadita iudicavit eos 6 annos. 4233.
Abīṣān e Bēth Lĕḥem iudicavit eos 7 annos. 4240.
Ēlon e Zĕbūlun iudicavit eos 10 annos. 4250.

[1] Requiritur « 1474 ».

ʿAchron Ephrathonita iudicavit eos 8 annos. 4258.
Philistaei subiecerunt eos 20 annos. 4278.
Samson fortis iudicavit eos 20 annos. 4298.
Filii Israēl manserunt sine iudicibus 10 annos. 4308.
ʿĒlī sacerdos iudicavit eos 40 annos. 4348.
Samuel sacerdos et propheta iudicavit eos 20 annos. 4368.
Saul filius Qiš regnavit 40 annos. 4408.
David [propheta] et rex regnavit 40 annos. 4448.
Salomon filius David regnavit 40 annos. 4488.
Rĕḥabʿām filius Ṣalomonis regnavit 17 annos. 4505.
Abia filius Rĕḥabʿām regnavit 3 annos. 4508.
Asa filius Abiae regnavit 41 annos. 4549.
Iĕhošāphāt filius Asae regnavit 25 annos. 4574.
Iorām filius Iŏhošāphāt regnavit 8 annos. 4582.
Ochozias filius Iorām regnavit 1 annum. 4583.
Athalia mater Ochoziae regnavit 7 annos. 4590.
Ioāš filius Ochoziae regnavit 40 annos. 4630.
Amasias filius Ioāš regnavit 29 annos. 4659.
Ozias filius Amasiae regnavit 52 annos. 4711.
Iothām filius Oziae regnavit 16 annos. 4727.
Āḥāz filius Iothām regnavit 16 annos. 4743.
Ezechias filius Āḥāz regnavit 29 annos. 4772.
Manasses filius Ezechiae regnavit 55 annos. 4827.
Āmon filius Manassis regnavit 12 annos. 4839.
p. 20. *Iosias filius Āmonis regnavit 31 annos. 4870.
Ieḥoāḥāz filius Iosiae regnavit 3 menses. 4870.
Ioiāqīm filius Iosiae regnavit 12 annos. 4882.
Iochonias filius Ioiāqīm regnavit 3 menses. 4882.
Sedecias patruus Iochoniae regnavit 11 annos. 4893.
Et manserunt Iudaei in captivitate donec redierunt 70 a.. 4963.
Et post reditum regnavit Darius 34 annos. 4997.
Xerxes regnavit 20 annos. 5017.
Artabanus regnavit 6 menses. 5017.
Arṭaḥšašt regnavit 41 annos. 5058.
Arṭaḥšašt alius regnavit 2 menses. 5058.
Sogdianus, cuius dies cum diebus Arṭaḥšašt qui ante eum *fuit* in annis Arṭaḥšašt primi inclusi sunt, 7 menses. 5058.
Darius Nothus regnavit 19 annos. 5077.
Arṭaḥšašt regnavit 40 annos. 5117.

Arṭaḥšašt alius regnavit 27 annos. 5144.
Aršaq filius Ochi regnavit 4 annos. 5148.
Darius alius regnavit 6 annos. 5154.
Alexander hircus caprorum regnavit 6 annos. 5160.
Et a morte Alexandri usque ad initium aerae cui de nomine eius nomen datum est 12 anni. 5172.

Sunt autem anni ab Adamo usque ad initium aerae Alexandri secundum hunc computum 5172 anni; qui numerus cum nullo e numeris antecedentibus quadrat. Et ob rationes quas supra ostendimus eum non verum esse certum est; necnon et multos numeros praebet qui in nullo e notis Veteris *Testamenti* textibus notati sunt ut id quod dixit ut Eusebius Caesariensis Levi 46 annos natum genuisse Qĕhāth et Qĕhāth *60 annos natum genuisse ʿAmrām, et ʿAmrām 70 annos natum genuisse Mosem, et ut id quod dixit Qainanem filium Arphachṣaris [139 annos] natum genuisse Šelaḥ. p. 21.

(*Folia nonnulla desiderantur*)[1].

. . . .

NOMINA PATRIARCHARUM QUI FUERUNT IN SEDE ROMAE, A TEMPORE APOSTOLORUM USQUE AD SYNODUM CHALCEDONIS.

Simeon Cephas postquam ecclesiam in urbe Antiochia aedificavit Romam profectus est, et in ea etiam ecclesiam aedificavit et dies eius donec coronatus est fuerunt 28 anni.

Linus	12 annos.	Cletus	8 annos.
Clemens	9 annos.	Evaristes	8 annos.
Alexander	10 annos.	Xystus	10 annos.
Telesphorus	11 annos.	Hyginus	4 annos.
Pius	15 annos.	Anicetus	11 annos.
Soter	8 annos.	Eleutherius	15 annos.
Victor	10 annos.	Zephyrinus	18 annos.
Callistus	5 annos.	Urbanus	8 annos.
Pontianus	5 annos.	Anteros	unum mensem.
Fabianus	13 annos.	Cornelius	2 annos.
Lucius	8 menses[2].	Stephanus	2 annos.
Xystus	11 annos.	Dionysius	9 annos.

[1] Vide p. 12, n. 1. — [2] Arab « annos ».

Felichis	5 annos.	Eutychianus	8 annos.
Gaius	12 annos.	Marcellinus	10 menses.
Miltiades	8 annos.	Silvester	18 annos.
Marcus	2 annos.	Iulius	15 annos.
p. 22. *Liberius	7 annos.	Felix	3 annos.
Damasus	18 annos.	Siricius	15 annos.
Anastasius	3 annos.	Innocentius	16 annos.
Zosimus	2 annos.	Chonofatius	3 annos.

Celestinus 10 annos. Diebus huius Celestini fuit schisma inter Nestorium et Cyrillum.

Xystus	9 annos.	Leo	21 annos.

Diebus huius Leonis synodus Chalcedonis congregata est.

NOMINA PATRIARCHARUM QUI FUERUNT IN SEDE ALEXANDRIAE, A TEMPORE APOSTOLORUM USQUE AD SYNODUM CHALCEDONIS.

Marcus Evangelista	22 annos.	Anianus	22 annos.
Abilius	23 annos.	Cerdon	11 annos.
Primus	12 annos.	Iustus	11 annos.
Eumenius	13 annos.	Marcianus	10 annos.
Celadion	14 annos.	Agrippinus	12 annos.
Iulianus	10 annos.	Demetrius	43 annos.
Heracles	16 annos.	Dionysius	17 annos.
Maximus	18 annos.	Theonas	19 annos.
Petrus	11 annos.	Achillas	1 annum.
Alexander	15 annos.	Athanasius	46 annos.
Petrus	7 annos.	Timotheus	4 annos.
Theophilus	27 annos.	Cyrillus	32 annos.

Dioscorus 7 annos. Diebus huius Dioscori synodus Chalcedonis congregata est. [1]

. . . .
. . . .

p. 23. *[DYNASTIA XVIII[a].

Reges] 17; et tempus regni eorum 409 anni.

DYNASTIA XIX[a].

Reges 5; et tempus regni eorum, secundum sententiam Eusebii, 194 anni, et secundum sententiam Andronici 244 anni.

[1] Hoc folium, quod catalogos patriarcharum continet, inter folia 11 et 12 (p. 27) reponendum esse verisimile est. Vide praefationem ad textum, p. 4.

DYNASTIA XX[a].

Haec dynastia perduravit secundum computum Eusebii 178 annos, et, secundum computum Andronici, 184 annos.

DYNASTIA XXI[a]

Et ab initio huius dynastiae usque ad initium aerae Alexandri, secundum computum Eusebii et Andronici, *sunt* 691 anni. Et haec *sunt* regum nomina, et anni quos regnaverunt singuli.

Swqsys [1] qui et Smendys 26 annos. 26.
Psumennes qui et Psusennes 41 annos. 67.
Nepherchedes 4 annos. 71.
Amenofith qui et Amenophthis 9 annos. 80.
Osochoris 6 annos. 86.
Psinachus 9 annos. 95.
Psyws [2] qui et Psusennes 35 annos. 130.

DYNASTIA XXII[a].

Sasanochosis et Osorthon 35 [3] annos. 166.
Tacelothis 13 annos. 179.

*DYNASTIA XXIII[a]. p. 24.

Petubastis 25 annos. 204.
Osorthon qui nominatus est Heracles 9 annos. 213.
Psammus 10 annos. 223.

DYNASTIA XXIV[a].

Boccorus 44 annos. 267.

Hic leges Aegyptiis condidit. Et diebus eius agnus locutus est ut fertur. Et fine eius dierum contra eum venit Sabacon Aethiops et eum vinxit et vivum combussit.

DYNASTIA [XXV[a]].

Sabacon Aethiops 1[2] annos. 279.
Sebichos 12 annos. 291.
Tarachus 20 annos. 311.

DYNASTIA [XX]VI[a].

Ammeres [12] [4] annos. 32[3].
Stephinathis [7] annos. 330.
Nechepsos 6 annos. [336].
Nacho 8 annos. [344].
Psammetichus 4[4] [4] annos. [3]8[8].

[1] Vocalia incerta. — [2] Arab. « Fs'nws ». Vocalia incerta. — [3] Requiritur « 36 », ut Eus.. — [4] Ex Eus. suppl..

	Nakhoth Ḥf'ws [1] qui et Pharao Claudus 6 annos.	394.
	Psammuthes 17 annos.	4[11].
	Uaphrus 25 annos.	4[36].
	Amosis 42 annos.	47[8].

Hunc occidit Cambysus rex Persarum, anno 6° regni sui;
p. 25. et Aegyptiorum regnum ad *Persas translatum est, ad annum 15um Darii Nothi regis Persarum.

Dynastia xxvii^a^.

Haec dynastia Persarum perduravit 114 annos. 592.

Dynastia xxviii^a^.

Amartus Saitus 6 annos. 598.

Dynastia xxix^a^.

	Nepherites 6 annos.	604.
	Achoris 12 annos.	616.
	Psammuthes 1 annum.	617.
	Nepherites 4 menses.	617.

Dynastia xxx^a^.

	Nectibus 18 annos.	635.
	Teos 2 annos.	637.
	Nectibus 18 annos.	655.
	Et tunc Persae in Aegyptum dominati sunt annos 12.	667.
	Et deinde regnavit Alexander hircus caprorum 12 annos.	679.
	Ptolemaeus filius leporis [2] 40 annos.	719.
	Ptolemaeus Philadelphus 37 annos.	756.
	Ptolemaeus Evergetes primus 25 annos.	781.
	Ptolemaeus Philopator 17 annos.	798.
	Ptolemaeus Epiphanes 24 annos.	822.
	Ptolemaeus Philometor 35 annos.	857.
	Ptolemaeus Evergetes secundus 29 annos.	886.
	Ptolemaeus Soter 36 annos.	922.
p. 26.	*Ptolemaeus Dionysus 29 annos.	951.
	Cleopatra 22 annos.	973.

Et tunc occisa est Cleopatra et Agustus rex Romanorum Aegyptiis regnum abstulit, anno 282° Alexandri. Et mansit Aegyptus sub dicione Romanorum 670 annos; et tunc Saraceni eam abstulerunt anno 20° aerae regni sui qui est annus 952us Alexandri.

[1] Vocalia incerta. — [2] Sc. Λάγου, quod nomen cum λαγώς (lepus) a Syris confundebatur.

[Numerus annorum regum Assyriorum].

Ab initio regni Assyriorum usque ad initium aerae Alexandri secundum computum Eusebii Caesariensis *sunt* 1808 anni, et secundum computum Annii Alexandrini 1966 anni, et secundum computum Andronici 1870 anni. Et haec *sunt* regum nomina et numerus annorum eorum secundum computum Eusebii, et Annii, et Andronici.

Regum nomina.	Eusebius	Annius	Andronicus	
Belus rex primus.	62	55	62	
Ninus qui Niniven aedificavit.	52	52	52	
Šemīram uxor Nini.	42	42	42	
Ninus qui et Zames.	38	38	39	
Arius.	30	30	30	
Aralius.	40	40	40	
*Xerxes.	30	30	30	p. 27.
Arma Mithres.	38	38	38	
Belochus.	35	35	35	
Balaeus.	52	52	52	
Atalus qui et Altadas.	32	32	32	
Mamythus.	30	30	30	
Magchalaeus qui et Manchalaeus.	30	28	30	
Saphyrus.	20	22	20	
Mamythus qui et Mamylus.	30	30	30	
Sporaeus qui et Sparethaeus.	40	42	40	
Ascatades.	40	38	40	
Amyntes.	45	45	45	
Belochus.	25	25	25	
Balaporus.	30	30	30	
Lampares qui et Lamprides.	32	32	32	
Sosrus qui et Sosarius.	20	20	20	
Lampares.	30	30	30	
Pyws [1] qui et Pannias.	45	45	45	
Sosarmus.	19	22	40	
Mithraeus.	27	27.	47	
Tautanus qui et Teutamus.	31	32	31	

[1] Vocalia incerta.

	Eusebius	Annius	Andronicus
Tautanus qui et Teutaeus.	40	40	40
Arbelus. Hunc Annius solus commemorat.	—	42	—
Chanaus. Et hunc Annius solus commemorat.	—	45	—
Anaeus. Et hunc quoque Annius solus commem..	—	38	—
Babius. Et hunc quoque Annius solus commem..	—	37	—
Thineus.	30	30	30
Dercylus.	40	40	40
Eupales qui et Eupacmes.	38	38	38
p. 28. *Laosthenes.	45	45	45
Peritiades.	30	30	30
Ophrataeus.	20	21	20
Ophratanes.	50	50	50
Acrapazes qui et Acragaznes.	42	42	42
Thyneus Qwnqwl'rws [1] qui et Sardanapallus.	20	20	20

Et tunc Arbaces Medus contra eum venit et eum superavit. Et cum vidisset Sardanapallus se superatum esse ipse se igne combussit et periit; et regnum Assyriorum ad Medos translatum est. Sunt autem anni horum regum secundum computum Eusebii 1300 anni; et secundum computum Annii 1460 anni; et, secundum computum Andronici, 1362 anni. [2]

Numeri annorum regum Medorum.

Ab initio regni Arbacis Medi super Assyrios usque ad initium aerae Alexandri, secundum computum Eusebii et Andronici, *sunt* 508 anni; et secundum computum Annii 506 anni. Et haec *sunt* nomina regum eorum et numerus annorum eorum secundum computum Eusebii et Annii et Andronici.

Regum nomina.	Eusebius	Annius	Andronicus
Arbaces.	28	28	28
Sosarmus.	30	20	30
Mamaucus.	40	30	40
p. 29. *Cardycas.	14	30	14
Dedeioces.	54	54	54
Phraortes.	24	24	24
Cyaxares.	32	32	32
Astyages.	38	38	38

[1] Vocalia incerta. — [2] Summa Andronico adscripta cum numeris supra datis non quadrat.

Hunc occidit Khureš rex Persarum, et regnum Medorum ad Persas transtulit. Sunt autem anni horum regum secundum computum Eusebii et Andronici 260 anni, et secundum computum Annii 256 anni.

Numeri annorum regum Graecorum qui Sicyonii cognominantur.

Ab initio regni Graecorum qui Helladem regionem habitabant, et Sicyonii cognominabantur, usque ad initium aerae Alexandri, secundum computum Eusebii, *sunt* 1776 anni; et secundum computum Andronici 1786 anni. Et haec *sunt* nomina regum eorum, et anni quos regnaverunt singuli. Aegialeus, rex primus, regnavit secundum computum Eusebii 52 annos et secundum computum Andronici 53 annos.

Europus	45 annos.	Telchin	20 annos.
Apis	25 annos.	Thelxion	52 annos.
Aegydrus	34 annos.	Thurimachus	45 annos.
Leucippus	53 annos.	Messapus	47 annos.
Eratus	46 annos.	Plemmaeus	49 annos.
Orthopolis	63 annos.	Marathius	30 annos.
*Marathus	20 annos.	Chyreus	55 annos. p. 30.
Corachus	30 annos.	Epopeus	35 annos.
Laomedon	40 annos.	Sicyon	44 annos.
Polybus	40 annos.	Inachus	42 annos.
Phaestus	8 annos.	Adrastus	4 annos.
Polyphidius	31 annos.	Pelasgus	20 annos.
Zeuxippus	31 annos.		

Et finitum est regnum Sicyoniorum. Sunt autem anni horum regum secundum computum Eusebii 961 anni, et, secundum computum Andronici, 962 anni.

Numeri annorum regum Graecorum qui Argivi cognominantur.

Ab initio regni Graecorum qui regionem Argorum habitabant usque ad initium aerae Alexandri, secundum computum Eusebii, *sunt* 1584 anni. Et haec *sunt* nomina regum eorum et numerus annorum eorum; Inachus pater Isidis deae Aegyptiorum 50 annos.

Phoroneus cuius diebus fuit Iupiter deus Graecorum 60 annos.

Apis 35 annos.

Argus filius Iovis 70 annos.
Acrisius 54 annos.
Phorbas 35 annos.
Triopas qui et Tiopas 47 annos.
Crotapus 21 annos.
Sthilus 11 annos.
p. 31. *Danaus 50 annos.
Lygceus qui et Lygaeus 41 annos.
Abas 23 annos.
Proetus 17 annos.
Pelopus quem And[ronicus] solus commemorat 29 annos.
Acrisius 31 annos.

Et finitum est regnum Argis *constitutum*. Sunt autem anni horum regum, secundum computum Eusebii, 545 anni; et, secundum computum Andronici, [5]74 anni.

Numeri annorum regum Graecorum Atheniensium.

Ab initio regni Atheniensium usque ad initium aerae Alexandri secundum computum E[useb]ii *sunt* 1244 anni; et secundum computum Andro[ni]ci 1249 anni. Et haec *sunt* nomina regum eorum, et anni quos regnaverunt singuli secundum computum Eusebii et Andron[ic]i.

Regum nomina.	Euseb.	Andron.	Regum nomina.	Euseb.	Andron.
Cecropus.	50	50	Cranaus.	9	9
Amphictyon.	10	15	Erichthonius.	50	50
Pandion primus.	40	40	Erechtheus.	50	50
Cecropus.	40	40	Pandion secundus	25	25
Aegeus.	48	48	Theseus.	30	30
Menestheus.	23	23	Demophon.	33	33
p. 32. *Oxyntes.	12	12	Aphidas.	1	1
Thymoetus.	8	8	Melanthus.	37	37
Codrus.	21	21	Medon.	20	20
Acastus.	36	36	Archippus.	19	19
Thersippus.	41	41	Phorbas.	31	31
Megacles.	30	30	Diognetus.	28	28
Phereclus.	19	19	Ariphon.	20	20
Thespieus.	27	27	Agamestor.	20	20
Aeschylus.	23	23	Alcamon.	2	2

Et tunc fuit consensus Atheniensibus ut unum magistratum decimo quoque anno constituerent: et hos magistratus constituerunt.

Charopum	10 annos.	Aesimedem	10 annos.
Clidicum	10 annos.	Ippomem	10 annos.
Aleocratem	10 annos.	Apsandrum	10 annos.
Eryxiam	10 annos.		

Et finitum est regnum Atheniensium. Sunt autem anni horum regum et magistratuum secundum computum Eusebii 873 anni; et secundum computum Andronici 878 anni.

Numeri annorum regum Latinorum qui et Romani.

Romani olim Latini vocabantur nomine Latini rex primi qui super eos regnavit; et, quia filium masculum non habebat, post eum regnavit Aen[e]as filiae maritus. Et ab initio regni Aeneae usque ad initium aerae Alexandri secundum computum Eusebii sunt 866 anni; *et secundum computum Andronici p. 33. 873 anni. Et [haec] *sunt* nomina regum eorum, et anni quos regnaverunt singuli secundum [computum] Eusebii et An[dr]onici. Ae[n]eas rex primus regnavit [secundum] sententiam Eu[sebii] 3 annos et [secundum sententiam] An[droni]ci 7 annos.

Ascanius filius Ae[neae]. 38 annos.
Silvaius filius Aeneae. 29 annos.
Aeneas filius Silvaii. 31 annos.
(Et secundum sententiam And[ro]nici. 34 annos.)
Latinus. 50 annos.
Alba. 39 annos.
Epitus qui et Aegybtus. 26 annos.
[A]ncysus. 28 annos.
Carpentus. 13 annos.
Tiberius. 8 annos.
Agrippa. 41 annos.
Aremulus qui fulgure arsit. 19 annos.
Aventius. 37 annos.
Procas. 23 annos.
Amulus. 43 annos.
Romulus qui urbem Romam aedificavit. 38 annos.
Pompilius qui nummos ligneos ac figulinos dedit. 43 annos.
Tullusus qui et Tinus. 33 annos.
Accius Marcus. 24 annos.

Tarquinius.	38 annos.
Servanus.	44 annos.
Tarquinius.	25 annos.

p. 34. *Hic primus est qui instrumentis tormentorum sicut collaribus et catenis et compedibus et crucibus et his similibus usus est: et cum eo regnum Romanorum desiit. Sunt autem anni horum regum, secundum computum Eusebii, 673 anni; et secundum computum Andronici 680 anni.

Numerus annorum regum Macedonum.

Macedonia olim Apiaria vocabatur: et post filiorum Herculis in Peloponnesum descensum Macedo filius Iovis ab eis separatus et in Apiariam profectus in ea regnavit eamque nomine suo Macedoniam vocavit. Et ab initio regni huius Macedonis usque ad initium aerae Alexandri, secundum computum Alexandrinorum et Iacobi Edesseni, sunt 830 anni. Et haec *sunt* nomina regum eorum et anni quos regnaverunt singuli.

Macedo filius Iovis 32 annos.	32.
Barcis et Phylocas filii eius 40 annos.	72.
Gorgias filius Phylocae 24 annos.	96.
Macedo filius Parrhasii 15 [1] annos.	101.
Athrus filius Gorgiae 28 annos.	129.
Arisbelus [filius] A[th]ri 41 annos.	170.
Plistarchus filius Usi (?) 35 annos.	205.
Gynaeus filius Plistar[ch]i 12 [2] annos.	219.
Deucalus filius Gynaei 5 annos.	224.
Balager filius Laucati 7 annos.	231.
Caphalin filius Balagri 12 annos.	243.
p. 35. *Nicaeus filius Caphalinis 26 annos.	264 [3].
Alisgatus filius Nicaei 37 annos.	306.
Cissus filius Alcathi 2 annos.	308.
Tharogus filius Cissi 7 annos.	315.
Aranus filius Istodamini 13 annos.	328.

Post hos regnavit Caranus et qui in Canone Eusebii et in Canone Andronici [numerantur].

Caranus 28 annos.	28.
Coenus filius Carani 12 annos.	40.

[1] Requiritur « 5 », ut Iac. Edess.. — [2] Requiritur « 14 », ut Iac. Edess.. — [3] Requiritur « 269 », ut Iac. Edess..

Tyrimas filius Carani 38 annos.	78.
Perdiccas filius Carani 51 annos.	129.
Argaeus filius Perdiccae 38 annos.	167.
Philippus filius Aeropi 38 annos.	205.
Arrhidaeus filius Philippi 26 annos.	231.
Alcetas filius Orestis 29 annos.	260.
Amyntas filius Alexandri 50 annos.	310.
Alexander filius Amyntae 43 annos.	353.
Perdiccas filius Alexandri 28 annos.	381.
Archelaus filius Perdiccae 24 annos.	405.
Orestes filius Perdiccae 3 annos.	408.
Archelaus filius Orestis 4 annos.	412.
Amyntas filius Archelai 1 annum.	413.
Aeropus filius Pantarchi 3 menses.	413.
Pausanias filius Aeropi 1 annum.	414.
Amyntas filios Arrhidaei 6 annos.	420.
*Argaeus filius Amyntae 2 annos.	422. p. 36.
Amyntas filius Argaei 18 annos.	440.
Alexander filius Amyntae 1 annum.	441.
Ptolemaeus Alorites 3 annos.	444.
Perdiccas filius Amyntae 6 annos.	450.
Philippus filius Amyntae 27 annos.	477.
Alexander filius Philippi 12 annos.	490.

Et post Alexandri mortem regnaverunt super Macedones hi reges:

Philippus frater Alexandri 7 annos.	7.
Cassander, cuius a 6° anno incipit aera Graecorum [1], 19 ann. .	26.
Philippus filius Cassandri et fratres eius duo 3 annos.	29.
Demetrius 6 annos.	35.
Pyrrhus 1 annum.	36.
Lysimachus 5 annos.	41.
Ptolemaeus Cera[unu]s 2 annos.	43.
Meleager 2 [menses].	43.
Antipater filius Ly[s]imachi 45 dies.	43.
Sosthenes 2 annos.	45.
Et Macedones sine rege manserunt 2 annos.	47.
Antigonus G[ona]tas 34 annos.	81.

[1] Arab. « Dhū 'l Qarnain », sc. Alexandri; et ita semper.

Demetrius 10 annos. 91.
Antigonus Fuscus 15 annos. 106.
Philippus [4]2 annos. 148.
Perseus 11 annos. 159.

p. 37. Et [desiit regnum] Macedonum anno 159° *Philippi, qui est annus 14[7]us aerae Alexandri.

NUMERI REGUM BABYLONIS ET AEGYPTI, SECUNDUM COMPUTUM PTOLEMAEI SAPIENTIS.

Nĕbūchadnāṣṣar qui et Nabonassarus 14 annos. 14.
Nadyuth 2 annos. 16.
Chirinapor 5 annos. 21.
Ilugayu 5 annos. 26.
Mardoqenpad 12 annos. 38.
Arqyanu 5 annos. 43.
Apasilitus [1] primus 2 annos. 45.
Bil 3 annos. 48.
Aupronadidu 6 annos. 54.
Irisbil 1 annum. 55.
Misilimordaqš 4 annos. 59.
Apasilitus [1] secundus 8 annos. 67.
Ardidinu 13 annos. 80.
Sasduchin 20 annos. 100.
Qiniladon 22 annos. 122.
Nĕbūchadnāṣṣar qui et Nabopalassor 21 annos. 143.
Nĕbūchadnāṣṣar filius eius (et is est qui Hierosolyma combussit) 43 annos. 186.
Nirigliolipház 2 annos. 188.
Balṭĕšaṣṣar 4 annos. 192.
Darius Medus 17 annos. 209.
Khureš Persa 9 annos. 218.
Cambysus 8 annos. 226.
Darius secundus 36 annos. 262.
p. 38. *Aḥširaš 21 annos. 283.
Arṭaḥšašt primus 43 annos. 326.
Darius tertius 17 annos. 343.
Arṭaḥšašt secundus 46 annos. 389.

[1] Ptol. (ed. CORY, *Ancient Fragments*, ed. 2a, p. 83) ἀβασιλεύτου.

Amos 21 annos. 410.
Piruz 2 annos. 412.
Darius filius Aršakh 6 annos. 418.
Alexander filius Philippi 6 annos. 424.

ET POST ALEXANDRI MORTEM REGNAVERUNT SUPER AEGYPTUM HI REGES:

Philippus frater Alexandri 7 annos. 7.
Alexander qui et Cassander donec Aegyptus ei ablata est 12 a.. 19.
Ptolemaeus filius leporis [1] ex quo in Aegypto regnavit 20 a.. 39.
Ptolemaeus Philadelphus 38 annos. 77.
Ptolemaeus Evergetes primus 25 annos. 102.
Ptolemaeus Philopator 17 annos. 119.
Ptolemaeus Epiphanes 24 annos. 143.
Ptolemaeus Philometor 35 annos. 178.
Ptolemaeus Evergetes secundus 29 annos. 207.
Ptolemaeus Soter 36 annos. 243.
Ptolemaeus Dionysius 29 annos. 272.
Cleopatra 22 annos. 294.

Et anno 5° regni Cleopatrae, qui est annus 265us Alexandri, regnavit Gaius Iulius rex primus Romanorum: et postquam 5 annos regnavit occisus est et regnavit post eum *Agustus. p. 39. Et anno 14° Agusti occisa est Cleopatra Aegypti regina et tulit Agustus regnum Aegyptiorum.

NUMERUS ANNORUM REGUM ROMANORUM A IULIO CAESARE USQUE AD HOC TEMPUS, SECUNDUM COMPUTUM PTOLEMAEI ET THEONIS ET IACOBI EDESSENI ET AUCTORUM FIDE DIGNORUM.

Anno 265° Alexandri cepit initium regnum secundum Romanorum: et haec *sunt* nomina regum eorum et anni quos regnaverunt singuli.

Gaius Iulius 5 annos. 5.
Agustus 56 annos. 61.
Tiberius 22 annos. 83.
Gaius 4 annos. 87.
Claudius 14 annos. 101.
Nero 14 annos. 115.
Espasianus 10 annos. 125.

[1] Vide p. 14, n. 2.

Titus 3 annos. 128.
Domitianus 15 annos. 143.
Nerva 1 annum. 144.
Traianus 19 annos. 163.
Adrianus 21 annos. 184.
Antoninus 23 annos. 207.
Marcus Aurelius 19 annos. 226.
Commodus 13 annos. 239.
Pertinachus 6 menses. 239.
Severus 18 annos. 257.
p. 40. *Antoninus 7 annos. 264.
Marcianus 1 annum. 265.
Antoninus 3 annos. 268.
Alexander filius Mammaeae 13 annos. 281.
Maximinus 3 annos. 284.
Gordianus 6 annos. 290.
Philippus 6 annos. 296.
Decius 1 annum. 297.
Gallus 3 annos. 300.
Valerianus et Gallius 14 annos. 314.
Claudius 2 annos. 316.
Aurelianus 6 annos. 322.
Tacitus 6 menses. 323.
Probus 6 annos. 329.
Carus et filii eius duo 2 annos. 331.
Docletianus 21 annos. 352.
Constantinus maior 32 annos. 384.
Constantius filius eius 24 annos. 408.
Iulianus impius 2 annos. 410.
Iovinianus fidelis 1 annum. 411.
Valens iniquus 14 annos. 425.
Theodosius maior 17 annos. 442.
Arcadius filius eius 13 annos. 455.
Theodosius minor 42 annos. 497.
Marcianus 6 annos. 503.
Leo 18 annos. 521.
Zeno 17 annos. 538.
Anastasius 27 annos. 565.
Iustinus 9 annos. 574.

*Iustinianus 37 annos. 611. p. 41.
Iustinius 14 annos. 625
Tiberius 4 annos. 629.
Mauricius 20 annos. 649.
Phocas 8 annos. 657.
Heraclius et filii eius 32 annos. 689.
Constantinus 27 annos. 716.
Constantinus et Tiberius et Heraclius filii eius 9 annos. 725.
Constantinus solus 7 annos. 732.
Iustinianus 10 annos. 742.
Leontius 3 annos. 745.
Psomirus 5 annos. 750.
Iustinianus iterum 6 annos. 756.
Philippicus 3 annos. 759.
Anastasius 3 annos. 762.
Theodosius 2 annos. 764.
Leo 26 annos. 790.
Constantinus [33] annos. 823.
Leo [6] annos. 829.
Constantinus [17] annos. 846.
Irene mater eius 4 annos. 850.
Nicephorus [8] annos. 858.
Stauricius 5 menses. [85]9.
Michael 2 [annos]. 861.
Leo 7 annos. 868.
Michael — annos. [8—].
Theophilus 17 annos. [8—].
*Uxor Theophili et Michael filius eius 26 [annos. 9—]. p. 42.
Basilius — annos. [9—].
Leo filius Basilii — annos. [9—].
Alexander frater eius 1 annum. [9—].
Constantinus filius Leonis et Romanus socer eius — ann. 9[8]7.
Constantinus et filii Romani 5 menses. 9[88].
Constantinus solus 15 annos. 1003.
Romanus filius Constantini 4 annos. 1007.
Nicephorus filius Leonis 7 annos. 1014.
Ioannes filius Šumišqīq 5 annos. 1019.
Basilius filius Romani ad initium huius anni qui est annus 1330us Graecorum 46 annos.

NOMINA REGUM PERSARUM FILIORUM SASAN, ET ANNI EORUM ⌜UT ADIUDICAT EXAMINATIO VERA [1].

Anno 538° Alexandri cepit initium regnum Persarum filiorum Sasan: et haec *sunt* nomina regum eorum et numerus annorum eorum.

Ardašīr filius Pabeq 15 annos.	15.
Sapor filius Ardašīr 30 annos.	45.
Hurmizd filius Saporis 2 annos.	47.
Warahran 3 annos.	50.
Warahran filius Warahran cum Warahran Sengānšāh 17 a..	67.
Narsī Garmānšāh 9 annos.	76.
p. 43. *Hurmizd filius Narsī 7 annos.	83.
Sapor filius Hurmizd 70 annos.	153.
Ardašīr filius Saporis 4 annos.	157.
Sapor filius Saporis 5 annos.	162.
Warahran ⌜qui et Hurmizd [2] filius Saporis 11 annos.	173.
Yezdegerd filius Saporis 21 annos.	194.
Warahran filius Yezdegerd 19 annos.	2[1]3.
Yezdegerd filius Warahran 18 annos.	231.
Pīruz filius Yezdegerd 27 annos.	258.
Bālāš filius Yezdegerd 4 annos.	262.
Qawad filius Pīruz 11 annos.	273.
Zamasp filius Pīruz [2] annos.	[27]5.
Qawad filius Pīruz iterum [30] annos.	305.
Khusrau filius Qawad 47 annos.	352.
Hurmizd filius Khusrau [12] annos.	364.
Khusrau filius Hurmizd 37 annos.	401.
Šērwai et Qawad filii Khusrau [1] annum.	[40]2.
Ardašīr filius Šērwai 2 annos.	[404].
Šahryar qui et Šahrwarz et Buran filia Khusrau, et Pīruz et Āzarmīdukht filia Khursau et Khusrau filius Khusrau 2 annos.	406.
Yezdegerd filius Šahryar [12] annos.	418.

Sunt autem anni horum regum 418 anni: et desiit hoc regnum anno 956° Alexandri.

[1] Arab. « secundum computum Iacobi Edesseni ». — [2] Arab. om. .

(Folia nonnulla desiderantur) [1].

. . . .

. . . . *patriarchae . . . . . et altera . . . p. 44.

ABRĪS.

Hic Abrīs genere fuit Hebraeus; et diebus Simeonis filii Cleopae Hierosolymorum episcopi ad orientem missus est.

ABRAHAM.

Hic vir sanctus erat: et filium regis..... a demone..... oratione sanavit.....; et ob hanc causam adiuti sunt [Christia]ni. Et obiit ante initium regni Persarum.

IACOBUS.

[Indicat Ḥenānyešu‘] episcopus Ḥīrae hunc Iacobum diaconum et presbyterum et episcopum [simul] uno die [ordinatum esse] [2]. Et indicat [Ye]šu‘dĕnaḥ metropolita Baṣrae eius diebus regem factum esse Ar[daši]r filium Pabeq regem primum [Per]sarum.

*AḤḤĀDABU. p. 45.

Hic est primus catholicus qui diebus regum Persarum institutus est.

ŠAḤLUFA.

Hic [institutus] est anno 4° Saporis filii Ardašīr regis [Persarum], qui est annus [5]57us Graecorum.

PAFA.

Indicat Timotheus catholicus ordinatum esse Pafam patriarcham anno [... Saporis filii] Ardašir, et obiisse anno 20° Saporis filii H[ur]m[izd; omnes] autem annos patriarchatus [3] eius ...annos. Dicit vero Yešu‘dĕnaḥ met[r]opolita [Baṣr]ae omnes [annos] quos Pafa in [principatu] vixit esse 67 annos.

*SIMEON ⌜BAR ṢABĀ‘E [4]. p. 46.

Hic post Pafam catholicus institutus est. Obiit autem anno 31° Saporis filii Hu[r]mi[zd.

ŠA]Ḥ[DUST].

Hic tribus mensibus post necem Simeonis clam institutus est et post duo [annos Sap]or eum percepit [et] occidit.

[1] In hac lacuna inserendi videntur catalogi patriarcharum: vide p. 12, n. 1. — [2] Hoc sensus requirit. — [3] Arab. « catholicatus ». — [4] Sc. « filius tinctorum ».

[Bar Baʿšamīn].

Hic filius sororis erat Simeonis Bar Ṣabāʿe; et post [mortem][1] Sahdust patriarcha clam institutus est; et post septem annos S[ap]or eum percepit [et occidit]. Et vetuit Sapor principem [Christia]nis constitui; et mansit ecclesia Christi sine catholico 37 annos Saporis donec regnavit Warahran filius eius.

p. 47. *[Tumar]ṣa.

Hic institutus est anno primo regni [Wa]r[ahra]n filii Saporis; et vixit in principatu 8 annos et obiit anno 8° Warahran.

[Qa]yuma.

Hic institutus est anno quo obiit Tumarṣa; [et cum] persecutio a Christianis desiisset sese excusavit et ut catholicus alius propter senectutem suam institueretur supplicavit. Fuerunt autem dies eius in catholicatu 4 anni; et vixit post excusationem 3 annos.

Isaac.

Hic institutus est anno primo regni Yezdegerd filii Warahran; et vixit in principatu 11 annos; et obiit anno 12° Yezdegerd.

p. 48. *Aḥḥī.

Hic institutus est anno 12° Yezdegerd filii Warahran; et vixit in principatu 4 annos et 5 menses; et obiit anno 17° Yezdegerd.

Yaballāha.

Hic institutus est anno 17° Yezdegerd filii Warahran; et vixit in principatu 5 annos; et obiit anno 21° Yezdegerd. Et post eius obitum Maʿne metropolita Persidis catholicus institutus est, et post dies *aliquot* Yezdegerd rex contra eum iratus eum ad regionem suam redire iussit; et Maʿne ad Persidem rediit. Et ne quis eum nec dum vivit nec post mortem eius catholicum vocaret sub anathemate mandavit. Et post dies *aliquot* mortuus est Yezdegerd rex et regnavit Warahran filius eius. Et profectus est Pĕrukhbukht episcopus et apud Mīhršāburem ducem exercitus refugit; et catholicus per compulsionem institutus est. Et deinde congregati sunt patres eumque degradaverunt.

[1] Hoc sensus requirit.

*Dādyešuʿ. p. 49.

Hic diebus Warahran filii Yezdegerd institutus est; et vixit in catholicatu 35 annos. Et eius diebus fuit schisma inter Cyrillum et Nestorium.

Babwai.

Hic diebus Marciani regis Romanorum institutus est; et anno 26° Pīruz regis Persarum ad crucem digito minimo suspensus et mortuus est.

Acacius.

Hic institutus est anno 795° Graecorum; et obiit diebus Qawad regis Persarum.

Babai.

Hic diebus Zamasp filii Pīruz regis Persarum institutus est: et erat ei uxor ac liberi. Et vixit in catholicatu 5 annos.

*Silas. p. 50.

Hic institutus est anno 16° Qawad regis Persarum: et erat ei uxor ac filia; et uxor eum ab operibus pulcris impediebat. Et vixit in catholicatu 18 annos; et obiit anno 34° Qawad. Et post obitum eius fuit divisio inter Christianos propter catholicatum; et quidam ex eis Narse scribam elegerunt Silae generum et catholicum fecerunt, et alii elegerunt Elisaeum presbyterum et catholicum fecerunt. Et uterque eorum unicuique urbi episcopum instituebat; [itaque][1] reperiebantur in omni sede duo episcopi et in omni ecclesia duo altaria. Et duravit divisio in ecclesia 12 annos; et mortuus est Narse et Elisaeus amotus.

Paulus.

Hic institutus est anno 6° Khusrau filii Qawad regis Persarum, qui est annus 847us *Graecorum; et vixit in catholicatu p. 51. duos menses; et obiit die dominica Palmarum.

Abba.

Hic institutus est ipso anno quo obiit Paulus; et vixit in catholicatu 15 annos, et obiit anno 863° Graecorum.

Iosēph.

Hic institutus est ipso anno quo obiit Abba; et ecclesiam tres annos ut iustum est rexit, ab omnibus episcopis ac fidelibus laudatus. Et deinde ad munera accipienda ac patres arro-

[1] In textu arab. plura stetisse videntur.

ganter tractandos declinavit. Et congregati metropolitae et episcopi eum degradaverunt mense šĕbāṭ anni 36° Khusrau. Rexit autem ecclesiam ut iustum est tres annos, et prave 12 annos: et vixit postquam degradatus est circiter tres annos; nec catholicus interea institutus est.

p. 52. *Ezechiel.

His institutus est anno quo obiit Iosēph, qui est annus 39us Khusrau filii Qawad. Et postquam ecclesiam 9 annos rexit caecus factus est; et vixit post hoc duo amplius annos et obiit anno 3° Hurmizd filii Khusrau.

[Yešuʿya]hb Ar[zanita].

Hic institutus est anno 4° [Hur]mizd filii Khusrau; et vixit [in principatu] 14 annos; et obiit anno 5° Khusrau filii Hurmizd.

Sabaryešuʿ.

Hic institutus est anno 6° Khusrau filii Hurmizd; et vixit in principatu 8 [annos;] et obiit [anno] 15° [regni Khusrau filii Hurmizd.

p. 53. *Gregorius].

Hic institutus est anno quo obiit Sabaryešuʿ; et vixit in catholicatu 4 [annos]; et obiit anno 20° Khusrau. Et post eius obitum Kh[u]srau principem Christianis [constitui vetuit]; et mansit ecclesia sine catholico 17 [annos] usque [ad] necem [Khu]srau.

[Yešuʿyahb].

Hic institutus est [anno] 939° Graecorum, qui est annus 7us Hagarenorum[1]; et vixit in catholicatu 17 annos; et obiit anno 25° Saracenorum.

p. 54. *Mare[mmeh].

Hic institutus est anno quo obiit Yešuʿyahb; et vixit in principatu 3 annos; et obiit anno 27° Saracenorum.

Yešuʿyahb Adiabenus.

Hic institutus est anno 4° regni[2] ʿUthman filii ʿAffanis; et vixit in catholicatu 9 annos et 3 menses; et obiit anno 3° regni ʿAlī filii Abū Ṭālib.

[1] Syr. Mĕhagrāye (μαγαρῖται); arab. « al higra » (Migrationis); et ita semper. Per vocem ܡܗܓܪܝܐ Syri interdum intellexisse videntur « migrantes ». — [2] Arab. « chalifatus »; et ita semper, quando de chalifis sermo est, in hoc catalogo.

Georgius.

Hic institutus est post obitum Yešuʿyahb et vixit in catholicatu 20 annos.

Iohannes bar Mārthā.

Hic institutus est anno secundo regni Yazīd filii Muʿawiyae; et vixit in catholicatu duo annos et obiit anno 66° Arabum.

*Ḥĕnānyešuʿ. p. 55.

Hic institutus est anno 67° Hagarenorum. Et, postquam ecclesiam 7 annos rexit, Iohannes metropolita Nisibis ad ʿAbd al Malik filium Marwan profectus ab eo postulavit ut catholicus esset in loco Ḥĕnānyešuʿ. Et iussit ʿAbd al Malik expelli Ḥĕnānyešuʿ et institui Iohannem: et fuit Iohannes per compulsionem catholicus anno 74° Hagarenorum. Et vixit in principatu unum annum et 10 menses et mortuus est. Et post eius mortem Ḥaggag amīra ʿBēth Ārāmāye[1] catholicum institui vetuit; et mansit sedes patriarchalis Seleuciae *constituta* sine principe 20[2] annos, donec mortuus est Ḥaggag. Ḥĕnānyešuʿ vero catholicus, catholicatu expulsus, ad monasterium Mār Ionae prope Mauṣāl urbem venit; et vixit post exilium 7 annos; et obiit anno 82° Hagarenorum.

*Ṣĕlībāzĕkhā. p. 56.

Hic institutus est anno 95° Saracenorum[3]; et vixit in principatu 17 annos; et obiit anno 111° Saracenorum.

Pethyun.

Hic institutus est post obitum Ṣĕlībāzĕkhā; et vixit in principatu 17 annos; et obiit anno 122° Saracenorum, et secundum Yešuʿdĕnaḥ anno 123°.

Abba.

Hic institutus est anno 1052° Graecorum, qui est annus 123us Saracenorum; et vixit in principatu 10 annos et unum mensem; et obiit anno secundo regni Abū 'l ʿAbbās regis primi filiorum Hāšim. Et post eius obitum Surīn metropolita Ḥalaḥ[4] apud Abbanem praesidem refugit ut fieret catholicus: et patres ab Abbane constricti *5a feria mysteriorum anni 1063i Graecorum p. 57.
Surīn catholicum instituerunt. Et post dies festi patres congre-

[1] Arab. « Al 'Irāq ». — [2] In canone, A. H. 76, dicitur « 18 ». — [3] Arab. « Arabum »; et ita semper. — [4] Arab. « Ḥulwān ».

gati et Kūfam urbem profecti ad Abū 'l ʿAbbās ʳregem regum [1] eum de rebus suis certiorem fecerunt. Et statim [2] Abbane a praesidatu amoto patribus permisit ut de Surīn voluntatem suam perficerent: eumque die dominica post Ascensionem huius anni degradaverunt.

IACOBUS.

Degradato Surīn electus est Iacobus metropolita Elamitidis [3], et die dominica 6ae *septimanae* septimanarum apostolorum, anni 1063i Graecorum, institutus; et vixit in catholicatu 19 annos et 5 menses.

p. 58. *ḤĔNĀNYEŠUʿ.

Hic institutus est anno 1087o Graecorum, qui est annus 159us Saracenorum; et vixit in catholicatu 4 annos.

TIMOTHEUS.

Institutus est Timotheus die dominica 7o iyyār anni 1091i Graecorum; et erat [4] dies 27us šaʿbān anni 163i Saracenorum. Et vixit in catholicatu 42 annos syriacos et 8 menses et 2 dies: et obiit die praeparationis 9o kānun II anni 1134i Graecorum; et erat dies 23us šaʿbān anni 207i Saracenorum.

p. 59. *YEŠUʿBARNUN.

Yešuʿbarnun institutus est die dominica 6o tāmmuz anni 1134i Graecorum; et erat dies 22us ṣafar anni 208i Arabum. Et vixit in catholicatu 4 annos et 8 menses et 23 dies: et obiit feria 2a initio nīsān anni 1138i Graecorum; et erat dies initialis muḥarram anni 212i Saracenorum.

GEORGIUS.

Institutus est Georgius die dominica 16o ḥĕzīrān anni 1138i
p. 60. Graecorum; et erat dies 17us mensis *rabīʿ I anni 212i Arabum. Et vixit in principatu 3 annos et 8 menses et 17 dies: et obiit die praeparationis 3o ādār anni 1142i Graecorum; et erat dies 15us muḥarram anni 216i Arabum.

SABARYEŠUʿ.

Institutus est Sabaryešuʿ die dominica 6o āb anni 1142i Graecorum; et erat dies 23us gumada II anni 216i Arabum. Et vixit in principatu 4 annos et 3 menses et 4 dies: et obiit feria 4a 10o tešrīn II anni 1147i Graecorum; et erat dies 15us dhū 'l-qaʿda anni 220i Arabum.

[1] Arab. « chalifam ». — [2] Arab. ins. « mandavit, et ». — [3] Arab. « Gundīsābūr ». — [4] Arab. ins. « ille »; et ita semper in hac formula.

*ABRĀHĀM. p. 61.

Institutus est Abrāhām die dominica, 16o īlul, anni 1148i Graecorum, et erat dies 12us šawwāl anni 222i Saracenorum. Et vixit in principatu 13 annos et 1 mensem et 23 dies: et obiit die dominica 9o tešrīn II anni 1162i Graecorum; et erat finis mensis rabīʿ II anni 236i Saracenorum.

THEODOSIUS.

Institutus est Theodosius die dominica 23o tāmmuz anni 1164i
Graecorum; *et erat dies 13us ṣafar anni 239i Arabum. Et vixit p. 62.
in principatu 5 annos et 3 menses, et 14 dies, et obiit die dominica 6o tešrīn II anni 1170i Graecorum, et erat dies 25us ragab, anni 244i Arabum.

SERGIUS.

Institutus est Sergius die dominica 21o tāmmuz anni 1171i Graecorum; et erat dies 28us mensis rabīʿ II anni 246i Arabum. Et vixit in principatu 12 annos et 2 menses, et 1 diem: et obiit die dominica 21o īlul, anni 1183i Graecorum; et erat dies 13us dhū 'l-qaʿda anni 258i Saracenorum. Et post eius obitum mansit ecclesia sine catholico 4 annos et 3 menses, et 22 dies.

*ENO[Š]. p. 63.

Institutus est Enoš die dominica 13o kānun II anni 1188i Graecorum; et erat dies 23us mensis rabīʿ II anni 263i Saracenorum. Et vixit in principatu 7 annos et 4 menses et 19 dies: et obiit feria 2a initio ḥĕzīrān anni 1195i Graecorum; et erat dies 3us dhū 'l-ḥigga anni 270i Arabum.

IO[HANNES BAR NA]R[SĪ.]

Institutus est Iohannes Bar Narsī die dominica 13o *kānun I p. 64.
anni 1196i Graecorum; et erat dies 21us gumada II, anni 271i Arabum. Et vixit in principatu 8 annos et 12 dies: et obiit die festi Nativitatis anni 1204i Graecorum; et erat finis ramaḍān anni 279i Arabum.

IOANNES [1].

Institutus est Ioannes primus die dominica 15o tāmmuz anni 1204i Graecorum; et erat dies 25us mensis rabīʿ II anni 280i Saracenorum. Et vixit in principatu [2] 6 annos et 1 mensem et

[1] Arab. ins. « primus ». — [2] Arab. « catholicatu ».

25 dies: et obiit die dominica 9° īlul anni 1210^{i} Graecorum; et erat finis šaʿbān anni 286^{i} Arabum.

p. 65. *IOHANNES ʿBAR ABGĀRE[1].

Institutus est Iohannes Bar Abgāre feria 5^{a} die 11° īlul, anni 1211^{i} Graecorum; et erat dies 13us mensis ramaḍān anni 287^{i} Saracenorum. Et vixit in principatu[2] 4 annos et 8 menses et 5 dies: et obiit feria 5^{a} die 16° iyyār anni 1216^{i} Graecorum; et erat dies 8us ragab anni 292^{i} Saracenorum.

ABRĀHĀM EPISCOPUS MARGAE.

Institutus est Abrāhām episcopus Margae catholicus die praeparationis 10° kānun II, anni 1217^{i} Graecorum; et erat dies
p. 66. *11us mensis rabīʿ I anni 293^{i} Arabum. Et vixit in principatu[2] 32 annos et 5 menses et 15 dies: et obiit die dominica 25° ḥĕzīrān anni 1248^{i} Graecorum; et erat dies 13us saʿbān, anni 325^{i} Saracenorum.

EMMANUEL.

Institutus est Emmanuel die praeparationis 23° šĕbāṭ, anni 1249^{i} Graecorum; et erat dies 16us mensis rabīʿ II anni 326^{i} Saracenorum. Et vixit in principatu[2] 22 annos et 44 dies: et obiit die sabbato, 7° nīsān, anni 1271^{i} Graecorum; et erat dies 7us ṣafar anni 349^{i} Saracenorum.

p. 67. *ISRĀĒL.

Institutus est Isrāēl feria 5^{a} die 30° iyyār anni 1272^{i} Graecorum; et erat dies 11us mensis rabīʿ II anni 350^{i} Arabum. Et vixit in principatu[2] 110 dies et obiit nocte feriae 3^{ae} *diei* 17^{i} īlul et 3^{i} šaʿbān eiusdem anni.

ʿABDĪŠOʿ.

Institutus est ʿAbdīšoʿ feria 4^{a} die 22° nīsān anni 1274^{i} Graecorum; et erat dies 24us mensis rabīʿ I anni 352^{i} Arabum. Et
p. 68. vixit in principatu[2] 23 annos et 41 dies: et obiit feria *4^{a} die 2° ḥĕzīrān anni 1297^{i} Graecorum; et erat dies 21us muḥarram, anni 376^{i} Hagarenorum[3].

MARĪ.

Institutus est Marī die dominica 6^{ae} septimanae ieiunii 10° nīsān anni 1298^{i} Graecorum, et erat dies 8us dhū 'l-ḥigga, anni 376^{i} Saracenorum, et vixit in principatu[2] 13 annos et 8 men-

[1] Sc. « filius claudorum ». — [2] Arab. « catholicatu ». — [3] Arab. « Arabum ».

ses et 18 dies: et obiit nocte sabbati *diei* 28^{i} kānun I anni 1312^{i} Graecorum; et erat dies 28us muḥarram anni 391^{i} Arabum.

*IOANNES[1]. p. 69.

Institutus est Ioannes secundus die dominica 26° tešrīn I, anni 1313^{i} Graecorum, et erat dies 5us dhū 'l-ḥigga anni 391^{i} Arabum, et vixit in principatu[2] 10 annos et 2 menses et 13 dies, et obiit feria 3^{a} die 8° kānun II anni 1323^{i} Graecorum, et erat dies 11us [3] gumada II anni 402^{i} Arabum.

IOHANNES.

Institutus est Iohannes episcopus Ḥīrae catholicus feria 4^{a}
die 19° tešrīn II, anni 1324^{i} Graecorum, et erat *dies 2us gu- p. 70.
mada I anni 403^{i} Arabum. Et ex quo institutus est usque ad annum quo hoc opus compositum est, qui est annus 1330us Graecorum, en! omni verecundia et humilitate ecclesiam Christi regit. Deus vitam eius prolonget et diebus eius pacem ordinet! Et, si Dominus vitam[4] decernet, praeclara facta eius et patrum qui ante eum *fuerunt*, et narrationes regum et principum et praesidum et metropolitarum et episcoporum et doctorum et eremitarum et scribarum et fidelium qui fuerunt a diebus Mār Abrāhām catholici usque ad hoc tempus in libro historiae ecclesiasticae commemorabo; in quo initium faciam ubi finem fecit Elias episcopus Pīruzšabur[5], si Dominus noster volet. Hoc vero tempore metropolita Elamitidis[6] est Emmanuel qui antea erat episcopus ʿBēth Huzāye[7]. Et, in *urbe* ʿPĕrath dĕ Maišan[8], Abrāhām qui antea erat episcopus Sāhqart. Et, in Assyria[9], Elias qui antea erat episcopus Pīruzšabur[5], et metropolita institutus est Damasco, et, persecutionis procella contra Christianos in occidente *degentes* excitata, aufugit et Urbem Pacis descendit, et ʿAssyriae electus atque eo translatus est[10]. Et, in Bēth Garmai, Simeon qui antea erat episcopus Bēth Darāye et deinde ad *urbem* Kaškar translatus est. Et, in *urbe* Ḥulwān, Marī Persa qui antea erat episcopus Dīnawar. Et, in Perside, Iohannes qui antea erat episcopus Aegypti. Et, in
urbe Marw, ʿAbdīšoʿ qui erat *episcopus Ispahān. Et, in *urbe* p. 71.

[1] Arab. ins. « secundus ». — [2] Arab. « catholicatu ». — [3] Requiritur « 10us », ut in canone, A. H. 402 (DELAPORTE). — [4] Arab. ins. « paullisper ». — [5] Arab. « Al Anbār ». — [6] Arab. « Gundisābūr ». — [7] Arab. « Al Ahwāz ». — [8] Arab. « Al Baṣra ». — [9] Arab. « Al Mauṣil ». — [10] Arab. « elegit eum populus Al Mauṣil, et ad eos translatus est ».

Samarqand, Abrāhām qui erat eremita in coenobio Mār Gabrielis Karsae. Et Damasci Elias qui antea erat episcopus Maifarqaṭ [1]. Hi autem cuncti patres cum cunctis episcopis qui eis subiecti sunt en! iuste et pro viribus et secundum tempus greges regunt. Verumtamen sedes eorum et ecclesiae et monasteria et coenobia in iurisdictionibus eorum *sita* valde comminuta sunt. Episcopi vero qui hoc tempore doctrina clarent sunt hi; Elias episcopus Ṭīrhān, vir strenuus ac peritus in ecclesiae doctrina et libris [2] artis rhetoricae; et Iohannes qui erat episcopus Charrarum et 'nykbr' [3] translatus est, qui ut fertur et quemadmodum ex epistulis eius didicimus strenuus est et ingenio sagax et doctus. Ceteros autem episcopos temporis difficultas ab exercitatione ⌜in doctrina [4] impedit: verumtamen in [5] Dei timore qui ipse est initium sapientiae [6] secundum tempus ⌜et aequales ipsi praeponderant [7]. Et hoc notum est ex eo quod nemo eorum obit et surgit in loco eius similis eius nisi raro et infrequenter. Deus stabiliat eos et principem eorum magnum patriarcham, et pacem ac concordiam in omnibus finibus terrae per preces eorum serat, et erga eos et erga omnes homines id quod unicuique eorum prodest dispenset, et nobis atque omnibus peccatoribus finem bonum per preces sanctorum faciat, Amen!

(*Multa folia desiderantur*).

. . . .

. . . .

[1] Arab. « Mayyāfariqīn ». — [2] Arab. om. . — [3] Arab. « 'Ukbaram »: vide MARĪ, p. 118, et YAQŪT, s. v. عكبرا. Vocalia nominis syriaci incerta. — [4] Arab. « doctrinae et assiduitate in ea ». — [5] Arab. ins. « sanctitate et ». — [6] *Ps.* CXI, 10. — [7] Arab. « aequalium optimi sunt ».

*Annus 337. – Series [regum] Edessae. p. 73.

Eo regnavit Edessae Abgār Niger 40 dies, [et] expulit eum patruus eius Abgār Albus et regnavit 6 annos.

Annus 339. – Canon [annorum] Eusebii.

Eo Tiberius [Caesa]r Pilatum Hierosolyma misit.

Annus 340. – Sanctum Lucae Ev[angeliu]m.

Hoc anno qui est annus 15us Tiberii Dominus noster Christus baptizatus est.

Annus 342. . . . .

Eo passus est Christus et mortuus et resurrexit et ad caelum ascendit.

*Annus 343. – Series regum Edessae. p. 74.

Eo mortuus est Abgār Albus rex Edessae; et rediit Abgār Niger qui expulsus erat et in loco eius regnavit.

Annus 344. – Canon annorum [Eu]s[ebii.]

Eo Pilatus Caesaris [imagines] in templo Hierosolymorum posuit; et fuit commotio ac tumultus inter Iudaeos.

Annus 3[45. – Ca]no[n annorum Euse[bii].

Eo Pilatus thesaurum Iudaeorum abstulit.

[Annus] 3[46.] – C[anon annorum Eusebii.]

Eo Agrippa filius Herodis [regis Romam] profectus est Herodem tetrarcham accusaturus, et iussit Tib[eriu]s vinciri eum et in carcere custodiri.

[Annus 348.] – Tempora regum Ptol[emaei.]

Eo regnavit Gaius [rex] Romanorum.

Annus 3[49. – Cano]n [annorum Eusebii.

Eo] G[ai]us [Caesa]r [Agripp]am vinclis liberavit [et] regem super [Iudaeos fecit.]

[Annus 350. – Canon annorum] An[d]ro[nici.]

Eo [Pi]latus post [passiones] multas quae in eum venerunt se ipsum occidit.

*Annus 351. – [Ca]no[n annorum An]dro[nici.] p. 75.

Eo Gaius Caesar Petronium praefectum [1] iussit imaginem suam in templo Hierosolymorum ponere, ⌜et ita [fecit] [2].

[1] ὕπαρχος. — [2] Ab Elia (vel Andronico) perperam additum.

[Annus 352. – Tempora] regum Ptol[emaei.]

Eo regnavit [C]laudius rex Romanorum.

[Annus 353. – [Canon annorum Eusebii.]

Eo Petrus apostolus ecclesiae Antiochenae fundamentum posuit; et Romam profectus fuit ibi epis[copus] annos [2]5.

[Annus 354. – Canon annorum . . . . .]

Eo fuit Marcus evangelista Alexandriae ep[iscopus].

[Annus] 355. – Canon annorum Eusebii].

Eo stetit Evodius [primus] e[pi]sco[pus] in urbe Antiochia.

Annus [356. – Canon annorum Eusebii.

Eo mortuus est] Ag[ri]ppa [rex Iudaeorum et iussit Claudius] post [eum] constitui [filium eius Agri]ppam.

p. 76. *[Annus 357. . . . .

Eo] Ag[rippa Iacobum fratrem Iohannis] occidit et Sim[e]onem Cepham in carcere inclusit.

Annus [358. – Canon annorum Eusebii.]

Eo fuit census [1] [R]omae et inventi sunt incolarum 6,944,000.

Annus [359. – Canon annorum Eusebii.]

Eo fuit seditio [2] Hierosolymis et homines alii ab aliis conculcati sunt; et mortui sunt ex eis circa 3 [millia] animarum.

[Annus 360. – Canon annorum Eusebii.]

Eo Claudius Caesar [rectorem] in Iudaeam misit [Felicem]; cuius diebus [Paulus] accusatus est.

Annus 366. – Tempora regum Ptolemaei.

Eo regnavit Nero rex Romanorum.

Annus 367. – Canon annorum Andronici.

Eo Festus regimen regionis Iudaeae vice Felicis accepit.

p. 77. *Annus 369. – Canon annorum Andronici.

Eo fuit Romae terraemotus magnus et solis defectus [3].

Annus 370. – Canon annorum Andronici.

Eo Nero rex Romanorum Agrippinam matrem suam occidit et amitam suam. Et eo stetit praeses [4] in Iudaea vice Festi Albinus.

Annus 371. – Canon annorum Andronici.

Eo Iudaei Iacobum qui frater Domini nostri vocabatur lapidaverunt; et episcopatum post eum accepit Sim[eon] qui [vocabatur] Simon.

[1] τίμησις. — [2] στάσις. — [3] ἔκλειψις. — [4] ἡγεμών.

[Annus] 373.

Eo [1] obiit Marcus evangelista et sedem eius accepit [An]ianus.

Annus 374. – Canon annorum Andronici.

Eo fuit terraemotus magnus in regione Asiae; et tres urbes ceciderunt.

*Annus 375. – Canon annorum Eusebii. p. 78.

Eo episcopatum Alexandriae [post Ma]rcum evangelistam accepit Anianus; et vixit in episcopatu [2]2 annos.

Annus 377. – Canon ann. Eusebii et Series [regum] Edessae.

Eo fuit praeses [2] in Iudaea [vice Al]bini Florus, et eo regnavit [Edessae] Ma'[nu] filius Abgaris [post patrem] annos 2.

Annus 379. – Series regum Edessae.

Eo [. . . . . et regnavit] post eum [Ma]'nu filius [3] . . . .

Ann. 380. – Tempora [regum] Ptolemaei. C[an]on ann. Eusebii.

[Eo regnavit] Es[pasianus rex Romanorum; et eo. . . . . . . accepit] episcopatum . . . . . . [4].

*Annus 381. – Canon annorum [Eusebii.] p. 79.

Eo . . . .

Annus [384. . . . .

Eo . . . .].

Annus 387. – Canon annorum A[nd]r[onic]i.

Eo [fuit] terraemotus in Cypro insula et in eo [3 urbes] [5] ceciderunt.

Annus 388. – [Canon annorum A]ndronici.

Eo fuit pestis in urbe Roma ita ut reperti sint qui moriebantur singulis diebus plus quam decem millia animarum.

Ann. 390. – [Tempora regum Ptolemaei. Canon ann. Eu]s[ebii].

Eo regnavit Titus [rex] Romanorum. Et eo Besb[iu]m mons a [vertice] scissus est ignem[que efflavit] et multas urbes combussit.

[1] Nomen fontis non datur, et notitia seriore manu scr. est. — [2] ἡγεμών. — [3] Secundum Dionysium, successor Ma'nu fuit alius Ma'nu, frater eius (Assem., I, p. 421); sed hoc in textu vix restitui potest. — [4] Episcopatus Ignatii Antiochiae hic commemorandus videtur, sed talem notitiam cum textus relliquiis conciliare non valeo. — [5] Ex Eus. suppl..

p. 80. *Annus 391. – Canon annorum Androni[c]i.

Eo An[acle]tus ep[is]copatum Romae accepit et rexit 12 [annos].

Ann. 393. – Tempora regum Pt[olemaei] Canon ann. Eusebii.

Eo regnavit [Do]m[itianu]s rex Romanorum; et vetuit [quemquam facere] [1] eunuchos.

Annus 394. – Canon annorum Eusebii.

Eo Do[mitianus] nobiles Romae [relegavit] [2] necnon et multos occidit.

Annus 397. – Canon annorum Eusebii.

Eo Abilius episcopatum [Ale]xandriae post Ani[anu]m accepit.

Annus 3[98]. – Canon annorum Andronici.

Eo Domitianus [cunctos] philosophos ac Chaldaeos qui Romae erant relegavit eosque expulit.

Annus [400. – Can]on annorum [Eusebii].

Eo Domitianus vitem [ullam in urbibus] [2] omnino seri vetuit.

Annus 40[1. – Canon annorum Eusebii.

Eo] Do[mitian]us persecutionem contra Ch[ri]stianos [excitavit].

p. 81. *Annus [402. – Can]o[n annorum Eusebii].

Eo I[ohannes apostolus Patmum] [2] insulam [relegatus est].

Annus [403.] – C[anon annorum Andronici] [3].

Eo obiit A[nacle]tus e[piscopus] Romae; et stetit [post eum Cle]mens cuius mentionem facit Paulus.

Annus 40[5. – Canon annorum . . . . .].

Eo iussit [Domitianus] occidi [omnes] qui *erant* e [familia Dav]id [2] ut [exstingueretur [4] genus regum] [5].

Annus [4]08. – [Tempora regum Ptolemaei].

Eo regnavit [N]erva rex R[omanorum].

Annus [4]09. – [Tempora] regum Ptolem[aei].

Eo regnavit Traianus rex Romanorum.

Annus 410. – Canon annorum Eusebii.

Eo Cer[d]o [e]piscopatum Alexandriae accepit et Evaristus ep[is]copatum Romae.

[1] E *Chron. Min.*, p. 118, suppl. . — [2] Ex *op. cit.*, p. 119, suppl. . — [3] Apud Eus. antea stat haec notitia. — [4] Hoc sensus requirit. — [5] Ex Eus. suppl. .

*[Annus 411. – Canon annorum Eu]sebii. p. 82.

Eo fuit terraemotus et tres urbes in regione As[i]ae eversae sunt.

Annus 415. – Irenaeus auctor.

Eo, anno 7° Traiani, obiit Iohannes evangelista.

Annus 420. – Canon annorum Eusebii.

Eo Primus episcopatum Alexandriae accepit.

Annus 421. – Canon annorum Eusebii.

Eo fuit terraemotus et tres urbes in regione Galatiae eversae sunt; et eo Ignatius episcopus Ant[io]chiae martyrizatus est et stetit post eum Heron.

Annus 423. – Canon annorum Eusebii.

Eo Alexander episcopatum Romae accepit.

Annus 424. – Canon annorum Eusebii.

Eo Iudaei qui in Aegypto *atque Alexandria habitabant cum Graecis pugnaverunt; et [Graeci] eos superaverunt. p. 83.

Annus 425. – Canon annorum Eusebii.

Eo Iudaei Mesopotamiae seditionem [1] fecerunt; et Caesar Lysiam iussit eos a [praefectura [2]] segregare et occidit eorum multas myriades.

Annus 426. – Canon annorum Eusebii.

Eo Zacchaeus episcopatum Hierosolymorum [3] [post] Ius[t]um accepit.

Annus 427. – Canon annorum Eusebii.

Eo [Iu]daei qui in Cypro insula habitabant cum incolis [S]ala[min]ae urbis pugnaverunt et multos Graecos occiderunt.

Annus 428. – Tempora regum Ptolemaei.

Eo regnavit Adrianus rex Romanorum.

*Annus 429. – Canon annorum Eusebii. p. 84.

Eo Adrianus Iudaeos qui [a] Romanis desciverant subegit.

Annus [430]. – Canon annorum [Eusebii].

Eo Adrianus debita condonavit et chartas combussit [et multis] [1] vectigalia remisit.

[1] στάσιν. — [2] ὑπαρχία (e *Chron. Min.*, p. 122, et Dion. suppl.), male pro ἐπαρχία (provincia). – [3] Arab. « Bait al Muqaddis »: et ita semper. — [4] Ita ex Eus. restitui; sed [illegible] in textu syr. legere relliquiae litterarum vix sinunt.

Annus [431. – Canon annorum Eusebii].

Eo Xys[t]us [episcopatum Romae accepit].

Annus [432. – Canon annorum Eusebii.

Eo] Iustus [episcopatum Alexand]riae [accepit et stetit 1[1 [1] annos].

Annus [434. — Canon annorum. . . . . .].

Eo [Enecas] [2] episcop[atum] Hierosolymorum [accepit].

Annus 4[3]5. . . . .

Eo . . . . eam aedificaverunt Saraceni qui habitabant
p. 85. in * . . . . a regione Sabae et in ea habitaverunt; et regem sibi constituerunt . . . . filium . . . . di filii [Na]ṣr filii Kahf.

Annus 436. – Liber [M]egistes.

Eo sol obscuratus est nocte 5^{ae} feriae *diei* 6^{i} nisān.

Annus 437. – Series regum Edessae.

Eo regnavit Maʿnu filius 'zyṭ [3] rex Edessae.

Annus 438. – Canon annorum Andronici.

Eo fuit terraemotus, et ceciderunt Nicopolis ac Caesarea.

Annus 440. – Canon annorum Andronici.

Eo Telesphorus episcopatum Romae post Xystum accepit.

Annus 442. – Canon annorum Eusebii.

Eo Cornelius episcopatum Antiochiae accepit.

Annus 443. – Liber Megistes et Canon annorum E[u]sebii.

p. 86. Eo Ptolemaeus observationem fecit Alexandriae *et invenit solem ad punctum aequinoctii aestivalis pervenisse feria 4^{a} die 25° īlul duobus horis post meridiem [4].

Annus 444. – Liber Megistes.

Eo luna obscurata est nocte 4^{ae} feriae *diei* 7^{i} iyyār.

Annus 445. [5]

Eo natus est Bardaiṣan syrus die 11° tāmmuz.

Annus 446. – Liber Megistes.

Eo luna obscurata est nocte 4^{ae} feriae *diei* 21^{i} tešrīn I.

Annus 447. – Liber Megistes.

Eo luna obscurata est nocte 2^{ae} feriae *diei* 6^{i} iyyār.

[1] E *Chron. Min.*, p. 122, suppl.. — [2] Ex Eus. suppl.. — [3] Vocalia incerta. — [4] Cum Elias 2 fontes citet, 2 notitias dare voluisse videtur, sed nihil amplius hic potest stetisse. — [5] Nomen fontis non datur.

Ann. 449. – Tempora regum Ptolemaei et Canon ann. [Eu]sebii.

Eo regnavit Antoninus rex Romanorum. Et [eo] Marcus episcopatum Hierosolymorum accepit, qui est primus episcopus qui Hierosolymis a gentibus stetit.

*Annus 450. – Liber Megistes. p. 87.

Eo Ptolemaeus solis [observationem] fecit Alexandriae et invenit eum ad signum [1] aequinoctii aestivalis pervenisse [die] praeparationis 26° īlul [una] hora post ortum solis.

Annus 451. – Liber Megistes.

Eo Ptolemaeus observationem fecit Alexandriae; et invenit solem ad signum [1] aequinoctii vernalis pervenisse feria 2^{a} die 22° ādār una hora post meridiem.

Annus 454. – Canon annorum Eusebii.

Eo Marcion ab ecclesia exiit et haeresim protulit.

Annus 455. – Canon annorum Eusebii.

Eo Pius episcopatum Romae accepit.

Annus 456. – Canon annorum Eusebii.

Eo Eros ep[iscopatum An]t[iochiae] accepit et Marcus episcopatum Alexandr[i]ae.

Annus 472. – Tempora regum Theonis Alexandriae.

Eo regnavit Marcus Aurelius rex Romanorum.

*Annus 473. – Canon annorum Eusebii. p. 88.

Hoc Wālāgeš rex Parthorum [2] agros Romanorum devastavit.

Annus 474. – Canon annorum Eusebii.

Eo Peregrinus philosophus in coetu festivali ignem accendit et se ipsum combussit.

Annus 477. – Canon ann. Eusebii et Series regum Edessae.

Eo Agrippinus episcopatum Alexandriae accepit. Et eo regnavit Maʿnu filius Maʿnu rex Edessae.

Annus [482]. – Canon [annorum Eusebii].

Eo Soter episc[op]atum R[o]mae accepit et Theophilus episcopatum Antiochiae.

Annus 4[85. – Ca]non [annorum E]u[sebii].

Eo Bardaiṣan haeresim protulit.

[1] σημεῖον. — [2] Arab. ins. « qui sunt Armenii ».

p. 89. *Annus 489. – Series regum Edessae.

Eo regnavit Abgār filius Maʿnu rex Edessae.

Annus 490. – Canon annorum Eusebii.

Eo Eleutherius episcopatum Romae accepit.

Annus 491. – Tempora regum Theonis et Historia Ecclesiastica Eusebii.

Eo regnavit Commodus rex Romanorum. Et anno primo regni eius obiit Agrippinus episcopus Alexandriae et stetit post eum Iulianus.

Annus 497. – Canon annorum Andronici.

Eo Demetrius episcopatum Alexandriae accepit.

Annus 503. – Epistulae Iacobi [Edesseni].

Eo regnavit super Romanos Per[tinax] 6 menses et occisus est.

Annus 504. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Severus rex [Romanorum].

Annus 509. – Canon annorum Eusebii.

Eo Onidas pater Origenis martyrizatus est.

p. 90. *Annus 512. – Canon annorum Eusebii.

Eo quaestio fuit episcopis de Quartadecima Paschatis.

Annus 522. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Antoninus Caracalla rex Romanorum.

Annus 523. – Canon annorum Andronici.

Eo Asclepiadus episcopatum Antiochiae accepit.

Annus 524. – Canon annorum Andronici.

Eo Alexander episcopatum Hierosolymorum accepit.

Annus 528. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Marcianus rex Romanorum.

Annus 529. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Antoninus rex Romanorum.

p. 91. *Annus 530. – Series regum Edessae.

Eo regnavit Abgār Pulcher rex Edessae.

Annus 532. – Canon annorum Eusebii.

Eo Nicopolis urbs aedificata est. . . . . . quae antea vocabatur Emmaus.

Annus 533. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Alexander filius Mammaeae rex Romanorum.

Annus 537. – Canon annorum Eusebii.

Eo Urbanus episcopatum Romae accepit.

Annus 538. – Series temporum regum Persarum.

Eo regnavit Ardašīr filius Pabek rex primus Persarum.

Annus 540. – Canon annorum Eusebii.

Eo Zebennus episcopatum Antiochiae accepit.

Annus 541. – Canon annorum Eusebii.

Eo Heracles episcopatum Alexandriae accepit.

*Annus 544. – Canon annorum Eusebii. p. 92.

Eo Origenes Alexandria exiit et ad Palestinam profectus est.

Annus 546. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Maximinus rex Romanorum.

Annus 547. – Canon annorum Eusebii.

Eo Pontianus episcopatum Romae accepit.

Annus 549. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Gordianus rex Romanorum.

Annus 551. – Narratio temporum diversorum et Canon annorum Eusebii.

Eo natus est Manī impius. Et eo Anteros episcopatum Romae accepit; et vixit in principatu unum mensem, et stetit post eum Fabianus.

Annus 553. – Series temporum regum Persarum.

Eo regnavit Sapor filius Ardašīr rex Persarum.

Annus 555. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Philippus rex Romanorum.

*Annus 561. – Tempora regum Theonis et Historia Ecclesiastica Yesuʿ dĕnaḥ. p. 93.

Eo regnavit Decius rex Romanorum et eo mortuus est Orige[n]es Alex[andr]inus.

Annus 562. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit [1] Gallus rex Romanorum.

Ann. 565 – Tempora regum Theonis et Canon ann. Eusebii.

Eo regnavit Valerianus rex Romanorum et eo fuit pestis ⌜et morbus ulcerum [2] vehemens in Aegypto et Alexandriae. [3]

[1] Arab. « mortuus est ». — [2] Arab. om. . — [3] In pag. seq. hae notitiae seriore manu arab. anno 564 adscriptae sunt et notitia sequens anno 565.

Annos 566. – Canon annorum Eusebii.

Eo Novatus ab ecclesia exiit et Novatianorum confessionem instituit; qui post baptismum non esse paenitentiam confitentur.

p. 94. *Annus 570. – Canon annorum Eusebii.

Eo Sapor rex Persarum regiones Syriae et Ciliciae et Cappadociae devastavit.

Annus 575. [1]

Eo Paulus Samosatenus Antiochiae episcopus depositus est quia Christum hominem esse simplicem profitebatur; et stetit post eum Domanus.

Annus 576. – Canon annorum Eusebii.

Eo Paulus Samosatenus Antiochiae episcopus degradatus est quia Dominum nostrum hominem esse simplicem confitebatur; et stetit in loco eius Domnus [2].

Annus [578]. – Can[on] annorum Eusebii.

Eo Maximus episcopatum Alexandriae accepit et Dionysus [3] episcopatum Romae.

Annus 57[9]. – Canon annorum Eusebii [4].

Eo Hymenaeus episcopatum Hierosolymorum accepit. Et eo claruit Manī deceptor.

p. 95. *Annus 5[80]. – Tempora regum Theonis.

Eo regnavit Claudius rex Romanorum.

Annus 581. – Tempora regum Theonis Alexandrini.

Eo regnavit Aurelianus rex Romanorum.

Annus 583. – Series temporum regum P[ersarum].

Eo regnavit Hurmizd filius Saporis rex Persarum.

Annus 585. – Series temporum [regum] Persarum.

Eo regnavit Warahran rex Persarum.

Annus 587. – Tempora regum [The]onis Alexandrini.

Eo regnavit Probus rex Romanorum.

Annus 588. – Series temporum regum Persarum.

Eo regnavit Warahran filius Warahran rex Persarum.

p. 96. *Annus 589. – Canon annorum Eusebii.

Eo Felix episcopatum Romae accepit.

[1] Haec notitia arabice tantum scr. est eadem manu qua notitiae in nota praecedente commemoratae. Nomen fontis abest. — [2] Arab. « Domninus ». — [3] Sic textus. — [4] Cum notitia de Manī in Eus. relliquiis non stet, alius fons omissus esse videtur, fortasse Narr. temp. div. (cf. ann. 551).

Annus 590. – Canon annorum Eusebii.

Eo doctrina Manichaeorum apparuit.

Annus 593. – Canon annorum Eusebii.

Eo Saturnilus dux exercitus Romanorum descivit et regnum occupare voluit et Apameae occisus est.

Annus 594. – Tempora regum Theonis Alexandrini.

Eo regnavit Carus rex Romanorum.

Annus 596. – Tempora regum Theonis Alexandrini.

Eo regnavit Docletianus rex Romanorum.

Annus 605. – Series temporum regum Persarum.

Eo regnavit W[arah]ran Seganš[āh [1] rex Per]sarum 4 [menses] et mortuus est et regnavit [post] eum [Na]rs[ī].

Annus 608. – Ammonius Alexandrinus.

Eo Quartadecima Paschatis die 25° ādār celebrata est. Et calculus quo homines huius temporis utuntur postulat ut illo anno in diem 24um ādār incidat.

*Annus 609. – Ammonius Alexandrinus. p. 97.

Eo Quartadecima Paschatis die 9° ādār [2] celebrata est. Et calculus quo homines huius temporis utuntur postulat ut illo anno in diem 12um nīsān incidat.

Annus 612. – Series temporum metropolitarum Nisibis.

Eo Babu primus episcopus Nisibis institutus est et quoniam gradum dignitatis metropolitanae non habebat nomen eius in diptycho post nomen Mār Iacobi dispositum est.

Annus 614. – Historia Ecclesiastica Eusebii et Tempora regum Persarum.

Anno 19° Docletiani persecutionem contra Christianos excitavit et ecclesias erui iussit et Petrus episcopus [3] Alexandriae martyrizatus est. Et eo regnavit Hurmizd rex Persarum.

Annus 617. – [Tempora regum Th]eonis Alexandrini.

Eo regnavit Constantinus rex Romanorum.

*Annus 620. – Narrationes metropolitarum Nisibis. p. 98.

Eo obiit Babu episcopus Nisibis et electus est Mār Iacobus qui cum Mār Eugenio in monte habitabat; et in ecclesia Nisibis institutus est episcopus.

[1] Pro ܣܓܢܫ]ܐ scribendum erat in textu ܫܓܢܫ]ܐ. — [2] Corrigendum « nīsān ». — [3] Arab. « patriarcha ».

Annus 621. – Tempora regum Persarum.

Eo regnavit Sapor filius Hurmizd rex Persarum.

Annus 623. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Anno 7° regni Constantini baptizatus est et fuit Christianus: et iussit aedificari ecclesias et honorari Christianos. Et eo Constantinus Maxentium tyrannum superavit.

Annus 624. – Narrationes metropolitarum Nisibis.

Eo Mār Iacobus episcopus Nisibis templum magnum aedificare incepit, quod septem annis elapsis perfecit.

p. 99. *Annus 626. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Constantinus rex Constantinum filium regem super plagam Occidentis fecit.

Annus 636. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo synodus 318 episcoporum in urbe Nicaea congregata est et Arium impium anathematizaverunt. Et eo Constantinus Constantium filium regem super Orientem fecit.

Annus 643. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Marcus patriarchatum Romae accepit. [1]

Annus 646. – Canon annorum Andronici et Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo fuit terraemotus in insula Co, et loca multa ceciderunt. Et eo Constantinus rex Constantem filium regem fecit.

Annus 648. – Historia Ecclesiastica Socratis.

p. 100. Eo obiit Constantinus rex Romanorum die *22° iyyār; et regnavit post eum Constantinopoli Constantius filius eius medius.

Anno 649. – Narrationes metropolitarum Nisibis.

Eo obiit Mār Iacobus metropolita Nisibis; et post eum institutus est Wālāgeš qui in monte Edessae eremitarum modo habitabat.

Annus 651. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Constantinus filius Constantini regis occisus est. Et eo obiit Alexander patriarcha primus Constantinopolis.

Annus 652. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo synodus in urbe Antiochia congregata est et confessi-

[1] Sub anno 644 scr. est: « Canon annorum Andronici et Historia Ecclesiastica Socratis », sed notitia deest. Vide notam ad textum.

onem trecentorum et duodeviginti confirmavit. Episcopi in ea congregati erant 90.

Annus 653. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Constantius rex Paulum patr[iarcham] Constantinopolis expelli iussit quoniam [rex] confessione Ario consentiebat.

Annus 654.

Eo Wālāgeš metropolita Nisibis electus est. [1]

*Annus 658. – Historia Ecclesiastica Socratis. p. 101.

Eo synodus in urbe Sardica congregata est: et erant in ea episcopi plus minus 300.

Annus 660. – Canon annorum Iacobi Edesseni.

Eo Constantius [2] Amidam urbem aedificavit.

Annus 661. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Constans filius Constantini regis occisus est et totum regnum Romanorum penes Constantium fuit.

Annus 662. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo synodus Sirmii congregata est et Photinum episcopum degradavit qui Christum hominem esse simplicem opinabatur.

Annus 663. – Canon annorum Iacobi Edesseni.

Eo crux in oriente apparuit in caelo *die* 5° iyyār.

Annus 664. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Constantius contra Magnentium *tyrannum copias misit. p. 102.
Et fugit Magnentius et eum adsecuti sunt et cum se devictum esse vidisset matrem fratremque occidit et deinde se ipsum.

Annus 665. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Gallus Iuliani frater a Constantio descivit et misit rex copias et eum comprehenderunt et in insula Flaione [3] occiderunt.

Annus 669. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Damasus patriarcha Romae institutus est. Et eo fuit terraemotus magnus et cecidit Nicomodia [4] die 28° āb.

Annus 670. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo synodus in urbe Seleucia congregata est.

Annus 671. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Macedonius patriarcha Constantinopolis depositus est *et p. 103.
in loco eius stetit Eudoxius et erant Ariani ambo.

[1] Hoc alia manu absque fontis nomine scr. est. — [2] Arab. « Constantinus ». — [3] Corrigendum « Flanone ». — [4] Sic textus.

Annus 672. – Narrationes metropolitarum Nisibis.

Eo obiit Wālāgeš metropolita Nisibis et post eum institutus est Abrāhām.

Annus 673. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Constantius rex Romanorum mortuus est die 3° tešrīn II, et post eum regnavit Iulianus.

Annus 675. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Iulianus in regionem Persarum descendit et occisus est die 26° tāmmuz et post eum regnavit Iovinianus fidelis 7 menses et obiit.

Annus 676. – Historia Ecclesiastica Socratis.

p. 104. Eo regnavit Valens rex Romanorum. Et eo fuit *terraemotus magnus et multas urbes perdidit. Et mare fine suo excessit et terra arida fuit mare et mare terra arida.

Annus 677. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Procopius tyrannus a Valente rege descivit et cepit eum rex, eumque ad duas arbores inter se propinquas pedibus ligavit utrumque pedem uni arbori et tyrannus [1] disruptus est.

Annus 678. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo grando Constantinopoli descendit ut lapides magni die 2° tāmmuz. Et eo Valentinus rex filium suum Gratianum regem fecit.

Annus 680. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo fuit terraemotus magnus in Bithynia; et Nicaea urbs [1] eversa est, die 11° tešrīn I.

p. 105. *Annus 681. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Eudoxius Arianus episcopus Constantinopolis mortuus est, et post eum Ariani instituerunt Demophilum et orthodoxi instituerunt Evagrium.

Annus 682. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Athanasius episcopus Alexandriae obiit postquam certamen [2] sustinuit et ecclesiam 46 annos rexit; et stetit post eum sanctus Petrus.

Annus 684. – Canon annorum Iacobi Edesseni.

Eo obiit sanctus Mār Ephraim doctor syrus die 9° ḥězīrān.

[1] Arab. om.. — [2] Hoc sensus requirit; arab. « adflictiones magnas »; Socr. « μετὰ πολλοὺς ἀγῶνας ».

Annus 686. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Valentinus rex mortuus est cum contra Sarmatas pugnaret; et ob violentiam indignationis eius nervi [1] eius occlusi sunt et venae ruptae et sanguis eius effluxit et mortuus est *die* 17° tešrīn II.

*Annus 687. – Historia Ecclesiastica Socratis. p. 106.

Eo Valens rex Antiochia exiit et Constantinopolim profectus est et persecutio ab orthodoxis cessavit. Et mortuus est Euzoius Arianus et stetit in loco eius Dorotheus.

Annus 689. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Valens rex Romanorum mortuus est cum bello contra barbaros interesset die 9° āb.

Annus 690. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo regnavit Theodosius maior die 16° kānun II.

Annus 691. – Historia Ecclesiastica Socratis. Tempora regum Persarum.

Eo Gregorius episcopus Nazianzi electus est, et Constantinopolim translatus est: et cum ecclesiam parumper rexisset sese abdicavit et ad sedem suam rediit. Et eo regnavit Ardašīr filius Saporis rex Persarum.

Annus 692. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo synodus 150 episcoporum Constantinopoli congregata est et Macedonium impium anathematizaverunt qui Spiritum Sanctitatis creaturam esse confitebatur; et urbi patriarcham instituerunt Nectarium.

*Annus 694. – Historia Ecclesiastica Socratis. p. 107.

Eo Theodosius rex filium suum Arcadium regem fecit die 16° kānun II. Et eo Gratianus rex occisus est.

Annus 695. – Historia Ecclesiasttica Socrati[s]. Tempora regum Persarum et Yešuʿdenaḥ.

Eo Onorius filius Theodosii regis natus est die 9° ilul. Et eo Agelius episcopus Novatianorum mortuus est. Et eo regnavit Sapor rex Persarum. Et eo Tumarṣa catholicus institutus est.

Annus 696. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Timotheus patriarcha Alexandriae mortuus est; et stetit post eum Theophilus.

[1] Sic textus absque sensu; Socr. « πᾶσαν φλέβα ».

Annus 697. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Demophilus patriarcha Arianorum Constantinopolis mortuus est et stetit post eum Marinus. [1]

Annus 699. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo cepit Theodosius Maximum tyrannum eumque occidit, die 27° āb. Et dux exercitus qui Gratianum occiderat fluvio sese iniecit [et] mersus est.

p. 108. *Annus 700. – Tempora regum Persarum.

Eo regnavit Hurmizd qui et Warahran rex Persarum.

Annus 702. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Theodosius rex domus fornicationis quae in urbe Romae erant eruit; et Valentinum regem in ea reliquit.

Annus 703. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Theodosius rex et cum eo filius eius Onorius Constantinopolim urbem intravit die 10° tešrīn II.

Annus 704. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Theodosius rex filium suum Onorium regem fecit die 10° kānun II. Et Arcadio fratre eius Constantinopoli relicto ad Occidentem profectus est cum Eugenio tyra[nno] pugnaturus.

Annus 705. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Th[eodo]sius bellum fecit cum Eugenio tyranno; et cum tyrannus se devictum esse vidisset e castris properavit et ante pedes regis concidit; et Romani [2] statim iuxta pedes eius caput absciderunt.

Annus 706. – Historia Ecclesiastica Socratis.

p. 109. Eo Theodosius rex mortuus est die 17° *kānun II; et regnavit Arcadius filius eius in regionibus Orientis, et Onorius in regionibus Occidentis.

Annus 707. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Hoc anno die 8° tešrīn I corpus Theodosii regis Constantinopolim inlatum et . . . sepultum est. Et eo Marcianus episcopus Novatianorum mortuus est, et stetit post eum Sisinnius.

Annus 708. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Nectarius patriarcha Constantinopolis mortuus est die 27° īlul.

[1] Sub anno 698 scr. est: « Canon annorum Iacobi Edesseni », sed notitia deest. — [2] Sc. milites.

Annus 709. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Ioannes aurei oris Constantinopoli patriarcha institutus est die 26° šĕbāṭ.

Annus 710. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Eutropius consul [1] legem abolevit quae omnes servari *iubebat* qui ad ecclesiam confugerent; id quod multis displicuit. Et eodem anno rex contra ipsum Eutropium iratus est et ad ecclesiam fugit; et mandavit rex et caput eius abscissum est.

Annus 711. – Historia Ecclesiastica Socratis. Tempora regum Persarum.

Eo Gainas tyrannus barbarus in *urbe Thrace occisus est. p. 110.
Et eo regnavit Yezdegerd filius Saporis rex Persarum.

Annus 712. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Theodosius filius Arcadii regis natus est die 20° nīsān.

Annus 715. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Ioannes aurei oris iniuste degradatus est, et in exilium [2] pulsus est; et stetit post eum Arsacius Nectarii frater.

Annus 717. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Arsacius patriarcha Constantinopolis mortuus est die 11° tešrīn II; et post 4 menses Atticus in loco eius institutus est.

Annus 718. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo obiit Ioannes aurei oris cum in exilio [2] esset die 14° īlul.

*Annus 719. – Historia Ecclesiastica Socratis. p. 111.

Eo Arcadius rex Romanorum mortuus est initio nīsān; et ⌜fuit Onorius frater eius rex in regionibus Occidentis, et Theodosius filius eius rex [3] in regionibus Orientis.

Annus 721. – [Historia Ecclesiastica Yešuʿdĕnaḥ] [4].

Eo congregata est synodus Mār Isaac catholici, et Mār Maruthae episcopi Maiferqaṭ [5]; et ecclesiae canones confirmaverunt et novos condiderunt feria 3ª initio šĕbāṭ.

Annus 723. – Canon annorum Iacobi Edesseni.

Eo stetit Rabbula episcopus Iacobitarum in urbe Edessa.

Annus 724. – Liber consulum [6].

Eo Theophilus patriarcha Alexandriae mortuus est et stetit post eum Cyrillus fratris eius filius.

[1] ὕπατος. — [2] ἐξορία. — [3] Arab. « mansit On. rex fr. eius in reg. Occid., et Th. rex fil. eius ». — [4] Cf. ann. 695, A. H. 7, 67, 74, 76, 95. — [5] Arab. « Mayyafāriqīn ». — [6] ὕπατεις (*sic*).

p. 112. *Annus 732. – Tempora regum Persarum.

Eo regnavit Warahran rex Persarum.

Annus 733. – Liber Martyriorum.

Eo Mār Iacobus intercisus qui ab urbe Bēlafeṭ [1] martyrium passus est.

Annus 735. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Onorius rex Romanorum mortuus est die 15° āb.

Annus 738. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo obiit Atticus patriarcha Constantinopolis die 10° tešrīn I et die 27° šĕbāṭ institutus est pro eo Sisinnius.

Annus 740. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Sisinnius patriarcha Constantinopolis mortuus est *die* 24° kānun I, et post eum institutus est Nestorius *die* 10° nīsān.

Annus 742. – Historia Ecclesiastica Socratis.

p. 113. Eo synodus Ephesi congregata est propter contentionem *inter Cyrillum et Nestorium et anathematizavit Cyrillus ac socii eius Nestorium, et Nestorius ac socii eius Cyrillum.

Annus 743. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Maximus patriarcha Constantinopolis institutus est die 25° tešrīn I.

Annus 745. – Historia Ecclesiastica Socratis.

Eo Maximus patriarcha Constantinopolis mortuus est feria 5ª die 12° nīsān quae festo Resurrectionis antecedit et iussit Theodosius rex institui Proclum antequam sepeliretur Maximus.

Annus 746. – Canon annorum Iacobi Edesseni.

Eo Rabbula episcopus Edessae mortuus est et stetit post eum Hība.

Annus 748. – Historia Ecclesiastica Iohannis Iacobitae.

Eo septem pueri ab urbe Epheso resuscitati sunt postquam in caverna 188 annos dormierunt.

p. 114. *Annus 751. – Tempora regum Persarum.

Eo regnavit Yezdegerd rex Persarum.

Annus 756. [2]

Eo stetit Di[osco]rus patriarcha Iacobitarum in urbe Alexandria.

[1] Arab. « Gundīsābūr ». — [2] Nomen fontis non datur. Coniiciendum fuisse Ioh. Ephesinum.

Annus 761. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Theodosius rex Romanorum mortuus est die 11° tāmmuz et regnavit post eum Marcianus.

Annus 762. – Liber Synodi.

Eo synodus Chalcedonis congregata est et anathematizavit quicunque in Christo duas naturas unam hypostasim non confiteretur et erant episcopi qui congregati sunt 600. [1]

Annus 768. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Marcianus rex Romanorum mortuus est die *15° kānun II, et regnavit post eum Leo. p. 115.

Annus 769. – Tempora regum Persarum.

Eo regnavit Pīruz rex Persarum.

Annus 770. – Iacobus Edessenus.

Eo Hība episc. Edessae mortuus est et stetit post eum Nonnus. [2]

Annus 771. – Historia Ecclesiastica Iohannis Iacobitae.

Eo sanctus Simeon Stylites obiit feria 4ª *die* 2° īlul. [3]

Annus 786. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Leo rex Romanorum mortuus est die 11° kānun II, et regnavit post eum Leo filiae eius filius minus quam annum et mortuus est, et regnavit post eum Zeno.

*Annus 795. – Historia Ecclesiastica Barsāhde Karkensis. p. 116.

Eo sol obscuratus est die sabbato 14° kānun II tempore tertiae horae diei et stellae apparuerunt. Et eisdem diebus Pīruz rex Persarum occisus est.

Annus 796. – Tempora regum Persarum.

Eo regnavit Balāš rex Persarum.

Annus 797. [4]

Eo sol obscuratus est feria 2ª die 19° iyyār tempore nonae horae diei et stellae apparuerunt.

Annus 800. – Tempora regum Persarum.

Eo regnavit Qawad filius Pīruz rex Persarum.

[1] Ad ann. 764 in marg. scr. est: « Nestorius »; et ad ann. 767: « Institutus est Bar (l. Barṣauma) episc. Nisibis ». — [2] Seriore manu scr. . — [3] In loco textus syr. ann. 774-8 arabice scr. est: « Die 30° tešrīn I fuit terraemotus magnus et devastavit Khilaṭ et Argīš et Qal'at al Guwaz et universum Ẓiyā' (l. Ḍiyā') anno 1587° Graeco ». — [4] Fons non datur. Est procul dubio Barsāhde.

Annus 802. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Zeno rex Romanorum mortuus est, et regnavit post eum Anastasius.

Annus 810. [1]

p. 117. Eo Zamasp filius Pīruz a Qawad fratre descivit *et fugit Qawad et regnavit Zamasp 2 annos. Et eo Babai catholicus institutus est. [2]

Annus 812.

Eo Qawad a fuga sua rediit et Zamasp fratrem suum cepit eumque occidit et regnavit.

Annus 813.

Eo fuit fames magna et locustae multae et totam terram Romanorum perdiderunt.

Annus 814.

Eo Qawad rex Persarum contra Amidam urbem adscendit et eam 97 dies obsedit eamque expugnavit; et ex incolis eius 80,000 [3] occidit.

Annus 820.

Eo Anastasius rex Romanorum Daram urbem aedificavit.

p. 118. *Annus 823.

Eo Severus patriarcha Iacobitarum institutus est die 16° tešrīn II.

Annus 829. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Anastasius rex Romanorum mortuus est *die* 9° tāmmuz, et regnavit post eum Iustinus.

Annus 831. – Historia Ecclesiastica Iohannis Iacobitae.

Eo Mundhir rex Saracenorum in regionem Romanorum adscendit et a cuncta limitis [4] regione captivos abduxit.

[1] Hinc ad ann. 823 fontes desunt. Coniiciendum fuisse Tempora regum Pers. (810 [1], 812), Yešu'dĕnaḥ (810 [2]; cf. ann. 695), et Ioh. Ephesinum (813-23). — [2] In marg. inferiore syriace scr. est: « Eo obiit Barṣauma metropolita Nisibis et institutus est post eum Hošēa'. [Et] eo Hošēa' scholis Bēth Kntwqe canones instruxit »; et in marg. superiore pag. sequentis: « Eo synodus [Babai] catholi[c]i congregata est et synodum Bēlafeṭ confirmavit ». — [3] Arab. ins. « animarum ». — [4] λίμιτον.

Annus 832. [1]

Eo Iacobus doctor Iacobitarum mortuus est; fuit autem ⌜episcopus 2 annos [2] ac dimidium.

Annus 833.

Hoc anno Iacobus Sĕrugensis mortuus est.

*Annus 836. [3] p. 119.

Eo fuit diluvies magna in urbe Edessa a fluvio qui Daiṣān vocatur, et fuit nox et dormiebant homines, et mersi sunt in ea circiter 30,000 animarum.

Annus 837.

Eo fuit terraemotus magnus et Antiochia eversa est; et qui sub ruinis sepulti erant patefacti sunt, et numerus eorum 50,000 animarum attigit.

Annus 838.

Eo Iustinus rex Romanorum mortuus est die 2° tāmmuz, et regnavit post eum Iustinianus sororis eius filius.

Annus 841.

Eo sectio magna a monte prope Claudiam urbem exsecta est et in Euphratem incidit; et, quando aqua manebat et retro revertebatur, detrimentum magnum e regione Armeniae fecit; et, postquam recessit, obex magna facta est.

Annus 843.

Eo Qawad rex Persarum mortuus est, et regnavit post eum Khusrau filius eius. [4]

Annus 847.

Eo sol tenebris involvi incepit die et luna noctu a die 24° ādār ad diem 24ᵘᵐ ḥĕzīrān anni sequentis. Et eo Sergius Rhesainensis medicus mortuus est.

Annus 848.

Eo fuit diluvies magna in urbe Tarso a fluvio *qui* in media urbe *est* et mersi sunt [5]....

[1] Sub hoc et seq. annis fontes non dantur. Coniiciendum fuisse Ioh. Eph. et Iac. Edess. . — [2] Arab. « spatium eius in episcopatu 2 anni ». — [3] Hinc ad ann. 856 textus syr. ideoque fontes deperditi sunt. Coniiciendum annale 838 a Iac. Edess. haustum esse, 843 a Temp. reg. Pers., cetera a Ioh. Eph. . — [4] Alia manu sub anno seq. iteratum. — [5] Nihil amplius scriptum est.

Annus 849.

Eo Severus patriarcha Iacobitarum mortuus est die 8° šĕbāṭ.

p. 120. *[Annus 850].

Eo Iohannes filius Aphthoniae doctor Iacobitarum mortuus est.

[Annus 851].

Eo Khusrau rex Persarum in regiones Romanorum adscendit et Qennešrīn et Ḥālāb et populum Antiochiae per fraudem cepit, et Romani ab eo fugerunt.

[Annus 852].

Eo descivit Romanus[1] quidam in urbe Dara, et misit ad eum Iustinianus copias, et eis non restitit populus regionis, eumque occiderunt, et ob id ..... ad populum ..... profectus est.[2]

[Annus 853].

Eo Khusrau in regionem Romanorum iterum adscendit et multos captivos fecit ..... eamque abstulit et regionem Circesii et Chaborae devastavit.

[Annus 854.

Eo fuit] terraemotus in urbe Corintho et maior pars muri eius cecidit.

[Annus 855.

Eo Khusrau rex] Persarum in regionem Romanorum [adscendit] et Edessam obsedit ....., eam[que non] expugnavit, sed pecuniam a populo eius cepit; et ad eum pervenit ......

[Annus 857.

Eo fuit dissensio][3] de Paschate et ieiunio, et eminentiores ......

[Annus 858.

Eo ....] et fecit cibum ....[4]

p. 121. *Annus 861.[5]

Eo fuit diluvies in urbe Tarso a fluvio qui eam transit; et maior pars eius eruta est atque ablata: et pagi multi abrepti sunt.

Annus 863. – Synodus Iosēph catholici.

Eo obiit Mār Abba catholicus; et post eum catholicus institutus est Iosēph.

[1] Sc. miles. — [2] Cf. Zach. Rh., X, 1. — [3] Hoc sensus requirit. — [4] Cf. Mich., p. 307. — [5] Fons non datur. Est procul dubio Ioh. Eph..

Annus 864. – Synodus Iosēph catholici.

Eo metropolitae et episcopi apud Ios[ēph] catholicum congregati sunt ut ecclesiae canones corrigerent et impediti sunt.

Annus 865. – Synodus Iosēph catholici.

Eo synodus Iosēph catholici congregata est et perturbationes quae in ecclesia fuerunt correxit.

Annus 868. – Historia Ecclesiastica Iohannis Iacobitae.

Eo Iacobita quidam syrus ex urbe Apamea exiit qui « calceus utris » cognominabatur et confessionem vanam protulit; scilicet ut numerum hypostasium ita esse etiam naturarum.

Annus 871. – Historia Ecclesiastica Iohannis Iacobitae.

Eo apparuerunt Amidae post famem magnam quae in ea *per* octo annos fuit homines qui ut canes latrabant, et ut *capri p. 122. atque ut feles balabant[1] et ut galli clamabant et in muris saliebant.

Annus 877. – Historia Ecclesiastica Iohannis Iacobitae.

Eo apparuit lancea[2] ignis magna ac terribilis [in plaga] septentrionum hastae instar. Et eisdem diebus rex Romanorum [obiit]; et regnavit post eum Iu[stinius][3].

Annus 878. – Historia Ecclesiastica Iohannis Iacobitae.

Eo fuit terraemotus magnus die 5° [tešrīn][4] I, et vox fremitus profundi; [et] fuligines ex aere [descenderunt][4] ut folia [de arboribus].

Annus 879. – Historia Ecclesiastica Simeonis Iacobitae.

Eo obiit Iacobus princeps .... qui instituit 102 .... episcopos et duo ....

Annus 881. – Historia Ecclesiastica Iohannis Iacobitae.

Eo accidit divisio ac contentio Christianis de calculo Paschatis et ieiunii: alii dominicam Resurrectionis die 6° nīsān celebraverunt, et alii die 13° nīsān.

*Annus 886. – Chronographia Iacobi Edesseni. p. 123.

Eo Iustinius Caesar secum in regno consociavit Tiberium Caesarem die 7° kānun I.

[1] Inserendum fortasse ܡܥܘܥܝܢ (cf. *Chron. Min.*, p. 331) « ut capri balabant et ut feles ululabant ». — [2] Meteori species ita vocata. — [3] Ita nomen infra scriptum est. — [4] E Mich. suppl..

Annus 890. – Iacobus Edessenus et Series temporum regum Persarum.

Eo Iustinius rex Romanorum mortuus est die 4° tešrīn I; et regnavit post eum Tiberius. Et eo regnavit Hurmizd filius Khusrau rex Persarum.

Annus 893. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Tiberius rex Romanorum mortuus est, et regnavit post eum Mauricus.

Annus 902. – Series temporum regum Persarum. [1]

Eo regnavit Khusrau filius Hurmizd rex Persarum. Et eo Petrus patriarcha Iacobitarum mortuus est.

Annus 906. – Historia Ecclesiastica Michaeae.

Eo obiit Yešuʿyahb catholicus Arzanita.

p. 124. *Annus 907. – Historia Ecclesiastica Michaeae. Historia Ecclesiastica Allāhāzĕkhā.

Eo Sabaryešuʿ episcopus Lāšum catholicus institutus est feria 5ª Paschatis. Et eisdem diebus Gregorius metropolita Nisibis institutus est.

Annus 911. – Historia Ecclesiastica Allāhāzĕkhā.

Eo fuit morbus bubonis et pestis exitialis; et manserunt domus multae sine incolis et agri multi non messi.

Annus 912. – Historia Ecclesiastica Allāhāzĕkhā.

Eo sol obscuratus est die praeparationis 10° ādār meridie et stellae apparuerunt et fuit ventus vehemens.

Annus 914. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Mauricus rex Romanorum occisus est, et uxor eius et filii, die 23° tešrīn II, et regnavit post eum Phocas.

p. 125. *Annus 915. – Chronicon [2] Iacobi Edesseni.

Eo luna obscurata est nocte feriae 5ªᵉ *diei* 16ⁱ tāmmuz.

Annus 916. – Historia Ecclesiastica Michaeae.

Anno 15° Khusrau, obiit Sabaryešuʿ catholicus in urbe Nisibi mense āb die dominica.

Annus 917. – Historia Ecclesiastica Allāhāzĕkhā.

Anno 16° Khusrau Gregorius catholicus institutus est in urbe Ḥalaḥ [3] die sabbato Hosannarum.

[1] Nomen Iac. Edess., quem auctorem notitiae de Petro fuisse coniiciendum est (cf. A. H. 10), omissum esse videtur. — [2] χρονικόν. — [3] Arab. « Ḥulwān ».

Annus 920. [1]

Anno 19° Khusrau Gregorius catholicus obiit.

Annus 921. – Chronographia Iacobi Edesseni.

Eo Phocas rex Romanorum occisus est, et regnavit [2] Heraclius.

*Annus 933. — Libri serierum temporum. p. 126.

Eo regnum Saracenorum M[os]lemorum [3] initium cepit et ab eo incipit aera eorum et en! ingressum uniuscuiusque anni eius ostendo in quem diem inciderit e ⌜diebus septimanae [4] et quem mensem syriacum et quotum *diem* eius et quem annum aerae Alexandri et id quod illo anno gestum est, et, si quid sit quod anno illo syriaco Alexandri gestum est, et incertum sit quo mense gestum sit, minio id noto.

Annus 1 iniit praeparatione *die* 16° tāmmuz anni 933 Graecorum. — Series temporum regum Saracenorum.

Eo Muḥammad filius ʿAbd Allah propheta Saracenorum et primus regum eorum ⌜urbem Yathrib ingressus est [5], et ⌜in ea [6] regnavit, feria 2ª die 8° mensis rabīʿ I. Et eo ʿAbd Allah filius Zubair natus est mense šawwāl.

*Annus 2 iniit feria 3ª *die* 5° tāmmuz anni 934 Graecorum. p. 127. — Series temporum regum Saracenorum.

Eo exiit Muḥammad filius ʿAbd Allah bellum cum filiis Quraiš gesturus; et occurrerunt alteri alteris in loco qui vocatur Badr; et fuit proelium inter eos, die praeparationis 18° mensis ramaḍān; et vicit Muḥammad, et multos captivos fecit atque occidit. Et omnes viri qui cum Muḥammad erant viri *erant* 312.

Annus 3 iniit die dominica 21° ḥĕzīrān anni 935 Graecorum. — Yešuʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae.

Eo Jacobitae qui *erant* in imperio Persarum ad monasterium Mār [7] Matthaei in regione Ninives *situm* congregati sunt; et Mārutham metropolitam primum *urbi* Tagrīth instituerunt consensu Athanasii patriarchae: et auctoritati eius 10 episco-

[1] Fons non datur. Coniiciendum fuisse Michaeam. — [2] Arab. ins. « post eum ». — [3] Arab om.. — [4] Arab. « septem diebus. — [5] Arab. « migravit ad urbem Y. ». — [6] Arab. « super eam ». — [7] Arab. om..

pos subiecerunt, et postea ʳcompleti sunt 12[1] post aedificationem Baghdādh et Gazīrae[2].

Annus 4 iniit feria 5ª *die* 13° hĕzīrān anni 636 Graecorum. — Series temporum regum Saracenorum.

Eo Muḥammad cum filiis Nuṣair proelium fecit eosque su- p. 128. peravit et eum obsecraverunt ut eis *ex habitationibus cum camelorum oneribus discedere permitteret et cetera auferret; et permisit eis, et abstulit quodcunque eis relictum erat equorum et pecudum et ovium et possessionum. Et hoc fuit mense rabīʿ I.

Annus 5 iniit feria 2ª *die* 2° hĕzīrān anni 937 Graecorum. — Series temporum regum Saracenorum.

Eo Iudaei ac filii Quraiš consenserunt ut cum Muḥammad filio ʿAbd Allah pugnarent; et egressus Muḥammad cum eis pugnavit in loco qui vocatur Al Khandaq, et superavit eos; et ʿAlī filius Abū Ṭalib occidit ʿAmr filium ʿAdūr[3].

Annus 6 iniit die sabbato 23° iyyār anni 938 Graecorum. — Simeon diaconus Iacobita.

Eo Persae ab[4] Edessa captivos abduxerunt; necnon et Rhodum etiam insulam ingressi captivos ex ea abduxerunt.

Annus 7 iniit feria 4ª *die* 11° iyyār anni 939 Graecorum. — Yešuʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae.

p. 129. Eo Khusrau rex Persarum occisus est; et regnavit *post eum Šĕrwāy filius eius. Et initio regni iussit eligi Yešuʿyahb Gĕdālensem episcopum Balad et catholicum institui.

Annus 8 iniit die dominica 30° nīsān anni 940 Graecorum. — Series temporum regum Saracenorum.

Eo Muḥammad filius ʿAbd Allah misit Zaid filium Ḥārithae, et exercitum magnum cum eo, in regionem Syriae[5]. Et Heraclius rex Romanorum qui 200,000 viros secum habebat eis occurrit et Saracenos superavit; et occidit Zaid filium Ḥārithae et Saraceni cum tristitia redierunt.

[1] Arab. « compleverunt 12 epp. . » — [2] Sc. Gazīrat Ibn ʿUmar iuxta Bezabden, vide YAQŪT s. v. et ASSEM., *B. O.*, III, 2, 733. Syriace usitatius vocatur Gāzartha. — [3] Revera ʿAbd ʿUdd (ṬAB., I, 1304) (BAETHGEN). — [4] Arab. ins. « urbe ». — [5] Arab. « Al Šām », et ita semper in parte sequenti.

Annus 9 iniit praeparatione *die* 20° nīsān anni 941 Graecorum. — Series temporum regum Saracenorum.

Eo Nugabbah[1] filius Rūbae dominus Ailae venit ad Muḥammad filium ʿAbd Allah, et tributum ei pependit[2]. Et venerunt etiam ad eum filii Adhrukh[3], et pro se ipsis pactum fecerunt ut ei 100,000 denariorum darent. Et scripsit eis ac Nugabbah mandata[4] duo cum omnibus *rebus* quas ab eo postulaverant.

*Annus 10 iniit feria 3ª die 9° nīsān anni 942 Graecorum. p. 130. — Iacobus Edessenus. Series temporum Saracenorum.

ʳEo obiit Athanasius patriarcha Iacobitarum[5]. Et eo Āzarmīdukht regina Persarum occisa est; et regnavit post eam Hurmizd ʳpaucos dies[6] et Persae eum a regno eiecerunt.

Annus 11 iniit die sabbato 28° ādār anni 943 Graecorum. — Muḥammad filius Mūsae al Khuwārizmi.

Eo Muḥammad filius ʿAbd Allah mortuus est feria 2ª fine ṣafar; et regnavit post eum eodem die Abū Bakr ʿAbd Allah filius ʿUthman cognominatus Al Ṣiddīq. Et eo regnavit Yezdegerd filius Šahryaris rex Persarum. Et eo Fāṭima filia Muḥammad mortua est.

Annus 12 iniit feria 5ª *die* 18° ādār anni 944 Graecorum. — Muḥammad Khuwārizmensis.

Eo Khālid filius Walīd regionem Yamāmae expugnavit. Et eo Saraceni cum Romanis in regione Syriae pugnaverunt.

*Annus 13 iniit feria 2ª *die* 7° ādār anni 945 Graecorum. p. 131. — Khuwārizmensis.

Eo ʳSaraceni cum Romanis in regione Palestinae proelium fecerunt[7], et Romani superati sunt, et multi eorum occisi. Et eo Abū Bakr al Ṣiddīq mortuus est; et regnavit post eum ʿUmar filius Khaṭṭāb feria 2ª die 8° gumada II. Et eo Abū ʿUbaid filius Masʿūd Thaqfensis occisus est.

Annus 14 iniit sabbato *die* 25° šĕbāṭ anni 946 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Saraceni Damascum urbem expugnaverunt, postquam eam 6 menses coarctaverunt; eamque mense ragab ingressi sunt.

[1] Revera Yuḥannah (Iohannes) (ṬAB., I, 1702) (BAETHGEN). — [2] Vide not. ad ann. 69. — [3] Revera Adhruḥ (ibid. 1706) (BAETHGEN). — [4] πρόσταγμα. — [5] Minio scr. . — [6] Arab. « spatium breve ». — [7] Arab. « fuit pr. inter Arabes et Romanos ».

Et eo ʿUmar filius Khaṭṭāb ad Saracenos in omni regione scripsit ut mensem ramaḍān ieiunarent. Et mense dhū'l qaʿda Saraceni Emesam et Bĕʿelbakh expugnaverunt.

Annus 15 iniit feria 4ª *die* 14° šĕbāṭ anni 947 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ⌈Saraceni proelium cum Romanis fecerunt [1] in loco qui
p. 132. vocatur Yarmūk; et erant Romani *200,000, et superati sunt. Et Heraclius rex Romanorum Antiochia fugit, et Constantinopolim ingressus est.

Annus 16 iniit die dominica 2° šĕbāṭ anni 948 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Saʿd filius Abū Waqqāṣ Qĕdeš [2] expugnavit et Rustum Persam occidit mense gumada I. Et ⌈Seleuciam ac Ctesiphontem [3] *mense* gumada II expugnavit. Et eo Maisara amīra cum exercitu Saracenorum regionem Romanorum invasit, qui est primus exercitus Saracenorum [4] qui terram Romanorum invasit. Et eo ʿUmar filius Khaṭṭāb Hierosolyma expugnavit. Et eo expugnatae sunt Sĕrug et Edessa. Et eo fundata est Kūfa et Baṣra.

Annus 17 iniit praeparatione *die* 23° kānun II anni 949 Graecorum. — Yešūʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae.

Eo ʿUmar filius Khaṭṭāb ⌈urbe Yathrib [5] egressus Hieroso-
p. 133. lyma venit eamque ingressus regnavit in eis; et *mosquaeam in loco templi Salomonis regis aedificavit. Et Hierosolymis 10 dies mansit et Muʿāwiyam filium Abū Sufyān Hierosolymis praesidem fecit et Yathrib [6] rediit.

Annus 18 iniit feria 3ª *die* 12° kānun II anni 950 Graecorum. — Khuwārizmensis. Canon annorum Iacobi Edesseni.

Eo ʿIyāḍ filius Ghanm Callinicum [7] et Amidam et ⌈Tellam dĕMauzlath [8] expugnavit. Et eo ʿUmair filius Saʿd expugnavit Rhesainam. ⌈Et eo fuit pestis vehemens in omnibus regionibus Syriae [9].

Annus 19 iniit die sabbato 1° kānun II anni 951 Graecorum. — Khuwārizmensis.

[1] Arab. « fuit pr. inter Moslemos et Romanos ». — [2] Arab. « Al Qādisiyyam ». — [3] Arab. « Al Madāīn ». — [4] Arab. « Moslemorum ». — [5] Arab. « Al Madīna ». — [6] Arab. « Al Madīnam ».. — [7] Arab. « Al Raqqam ». — [8] Arab. « Tall Mauzan ». — [9] Minio scr..

Eo Muʿāwiya filius Abū Sufyān Caesaream urbem expugnavit et circiter 100,000 animarum occidit. Et eo ʿIyāḍ filius Ghanm Nisibin et Turʿabdīn et Qardu [1] expugnavit. Et eo Heraclius rex Romanorum mortuus est.

Annus 20 iniit feria 5ª *die* 21° kānun I anni 952 Graecorum. — *Khuwārizmensis. Yešuʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae. p. 134.

Eo ʿAmr filius ʿĀṣ Alexandriam et Aegyptum expugnavit. Et eo ʿUmar filius Khaṭṭāb Iudaeos a Nagrān eiecit eosque Kūfam transtulit. Et eo obiit Heraclius ⌈filius Heraclii [2] rex Romanorum et regnavit post eum Constantinus filius eius.

Annus 21 iniit feria 2ª *die* 10° kānun I anni 953 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Yezdegerd rex Persarum ad *urbem* Marw fugit. Et eo ʿAmr filius ʿĀṣ Barcam urbem expugnavit.

Annus 22 iniit die sabbato 30° tešrīn II anni 954 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Abū Mūsa al Ašʿari regiones ⌈Bēth Huzāye [3] expugnavit. Et eo Adurbīgan expugnata est per manus Mughīrae filii Šuʿbae.

Annus 23 iniit feria 4ª *die* 19° tešrīn II anni 955 Graecorum. — *Khuwārizmensis. Yešuʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae. p. 135.

Eo Abū Mūsa al Ašʿari et ʿUthman filius Abū 'l [4] ʿĀṣ Iṣṭahr [5] urbem expugnavit. Et eo expugnatae sunt Hamadhān et Ispahān et Rai. Et eo ʿUmar filius Khaṭṭāb occisus est; quem occidit Abū Lūlū; et regnavit post eum ʿUthman filius ʿAffanis die praeparationis 28° dhū'l ḥigga. Et eo obiit Yešuʿyahb catholicus Gĕdālensis.

Annus 24 iniit die dominica 7° tešrīn II anni 956 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo Mughīra filius Šuʿbae Hamadhān urbem expugnavit *mense* gumada I; et *mense* dhū'l ḥigga urbem Rai expugnavit.

Annus 25 iniit preparatione *die* 28° tešrīn I anni 957 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

Eo Yazīd filius Muʿāwiyae natus est. Et eo ʿUthman ʿAmr filium ʿĀṣ ab amīratu regionis Aegypti et Alexandriae amovit et pro eo constituit ʾAbd Allah filium Saʿd. Et eo ʿUthman ad

[1] Iuxta Bezabden (YĀQŪT s. v. قرد). — [2] Syr. om. . — [3] Arab. « Al Ahwāz ». — [4] Arab. « Al ». — [5] Arab. « Iṣṭakhr ».

Muʿāwiyam scripsit ut Habīb filium Maslamae ad Armeniam mitteret; et profectus est et ⌈cum victoria exiit[1].

p. 136. *Annus 26 iniit feria 3ª *die* 17° tešrīn I anni 958 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo ʿUthman filius Abū 'l ʿAṣ Sābūr urbem expugnavit. Et eo Muʿāwiya ad ʿUthman venit. Et eo ʿUthman mosquaeam magnam quam vocant Al Ḥarām ampliavit.

Annus 27 iniit die sabbato 6° tešrīn I anni 959 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbd Allah filius Saʿd regionem Africae invasit. Et regionis incolae pactum fecerunt de se ipsis, ut ei 2,000 denariorum darent; et rediit et ʿAbd Allah filius Zubair ad ʿUthman cum nuntio venit.

Annus 28 iniit feria 5ª *die* 25° īlul anni 959 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo Persis per manus Hišām filii ʿĀmir expugnata est. Et eo Muʿāwiya Cyprum invasit, et habitatores eius pactum fecerunt de se ipsis ut ei singulis annis tributum 7,200 denarios darent et similiter Romanis.

p. 137. *Annus 29 iniit feria 2ª *die* 14° īlul anni 960 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo ʿUthman Abū Mūsa ab amiratu Baṣrae amovit, et pro eo praesidem fecit ʿAbd Allah filium ʿĀmir, et eo ʿAbd Allah filius ʿĀmir urbem Gūr expugnavit.

Annus 30 iniit praeparatione *die* 3° īlul anni 961 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Saʿīd filius ʿĀṣ regionem Ṭabaristān expugnavit. Et eo ʿAbd Allah filius ʿĀmir partem maiorem regionis Persidis expugnavit.

Annus 31 iniit feria 4ª *die* 24° āb anni 962 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbd Allah filius Saʿd dicionem Romanorum invasit. Et eo Abū Sufyān filius Ḥarb mortuus est. Et eo Ḥabīb filius Maslamae Armeniam IV expugnavit.

Annus 32 iniit die dominica 12° āb anni 963 Graecorum. —
p. 138. *Khuwārizmensis. Yešuʿdĕnaḥ metropolita.

[1] Arab. « praeda onustus et victor rediit ».

Eo Aḥnaf filius Qais Heryu[1] et ⌈Marw et Rūdh[2] expugnavit et ʿAbd Allah filius Khāzim expugnavit Sarkhas. Et eo obiit Rabban Qāmyešuʿ discipulus Mār Iacobi qui coenobium Bēth ʿĀbe fundavit.

Annus 33 iniit praeparatione *die* 2° āb anni 964 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Muʿāwiya filius Abū Sufyān Ancyram urbem[3] Romanorum expugnavit. Et eo Muʿāwiya usque ad ⌈Pratum Pinguedinis[4] penetravit.

Annus 34 iniit feria 3ª *die* 22° tāmmuz anni 965 Graecorum. — Yešuʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae.

Eo Muʿāwiya multas naves in urbe Tripoli maritima paravit, et copias multas paravit quae eas conscenderent et dicionem Romanorum cum eo invaderent. Et erant cum eo duo pueri Romanorum qui captivi facti erant, quos amabat et quibus confidebat. Et erant Tripoli Romani multi carcere inclusi, et hi pueri eos eduxerunt et naves combusserunt et aliquas earum conscenderunt et Constantinopolim fugerunt.

*Annus 35 iniit die sabbato 11° tāmmuz anni 966 Graecorum. — Khuwārizmensis. p. 139.

Eo ʿUthman filius ʿAffanis occisus est; et regnavit post eum ʿAli filius Abū Ṭālib die praeparationis 18° dhū'l ḥigga.

Annus 36 iniit feria 5ª *die* 30° ḥĕzīrān anni 967 Graecorum. — Yešuʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae.

Eo Saraceni propter caedem ʿUthman apud ʿĀišam congregati sunt, et venit ea et Ṭalḥa et Zubair ad urbem Baṣram, et amiram Baṣrae qui a ʿAli missus erat percusserunt. Quod cum audiisset ʿAli Baṣram venit et Talḥam ac Zubair occidit et ʿĀišam cepit. Et praesides misit ad Khurāsān et Adurbīgan et loca multa.

Annus 37 iniit feria 2ª *die* 19° ḥĕzīrān anni 968 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo fuit proelium inter ʿAli filium Abū Ṭālib *et Muʿāwiyam p. 140. filium Abū Sufyān in *loco* Ṣiffīn iuxta fluvium Euphratem; et

[1] Arab. Harā (= Herat). — [2] Sic El. perperam pro «Marw al Rūdh». — [3] Arab. ins. « in regione ». — [4] Arab. « Marg al Šaḥm ».

occisi sunt ab utraque parte occisi [1] multi. Et ʿAli Kūfam rediit et Muʿawiya ad Palestinam.

Annus 38 iniit praeparatione *die* 8° ḥězīrān anni 969 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo Muʿāwiya ʿAmr filium ʿĀṣ ad Aegyptum misit, 4,000 virorum secum habentem. Et profectus proelium fecit cum Muḥammad filio Abū Bakr socio ʿAli filii Abū Ṭālib; et fugit Muḥammad et latuit [2] et a latebra extractus est et occisus et cadaver eius ventri asini insertum est atque igne combustus est.

Annus 39 iniit feria 4ª *die* 29° iyyār anni 970 Graecorum. — Yešuʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae.

Eo Constans rex Romanorum regiones Sclavorum ingressus proelium fecit cum rege eorum et vicit eum et cum victoria exiit. Et eo Constans rex Theodorum fratrem occidit, quia
p. 141. audierat eum velle *regnum sibi adimere. Et mense nīsān fuit gelu durum et aruerunt segetes et vites et arbores. Et mense ḥězīrān fuit terraemotus et cecidit maior pars Palestinae et loca multa.

Annus 40 iniit die dominica 11° iyyār anni 971 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAli filius Abū Ṭālib occisus est, quem occidit ʿAbd al Raḥmān filius Mulgam; et regnavit post eum Ḥasan filius eius, feria 3ª die 19° ramadān.

Annus 41 iniit feria 5ª *die* 6° iyyār anni 972 Graecorum. — Series temporum regum Saracenorum.

Eo Ḥasan filius ʿAli Muʿāwiyae filio Abū Sufyān regnum [3] tradidit die dominica 21° mensis rabīʿ I.

Annus 42 iniit feria 3ª *die* 26° nīsān anni 973 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

p. 142. Eo Muʿāwiya pacem fecit cum Romanis. Et eo *Ḥabīb filius Maslamae mortuus est, cum esset in Armenia IV. Et eo Abū Laila tyrannus in regione Kūfae occisus est.

Annus 43 iniit sabbato *die* 15° nīsān anni 974 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

Eo Bišr filius Arṭae in regione Romanorum hiemavit. Et eo ʿAmr filius ʿĀṣ mortuus est die festi terminationis ieiunii Sa-

[1] Arab. « homines ». — [2] Arab. ins. « et quaesitus est ». — [3] Arab. « chalifatum ».

racenorum [1]; et stetit pro eo in amīratu Aegypti ʿAbd Allah filius ʿAmr.

Annus 44 iniit feria 5ª *die* 4° nīsān anni 975 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbd al Raḥmān filius Khālid in regione Romanorum hiemavit. Et eo Muʿāwiya Ziyād filium Ubiyyae [2] regionibus ʿBēth Ārāmāye [3] praefecit.

Annus 45 iniit feria 2ª *die* 24° ādār anni 976 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbd al Raḥmān filius Samurae Kābul *urbem expugnavit. p. 143.
Et eo Suwaid filius Kulthūm in regione Romanorum hiemavit. Et eo Zaid filius Thābit mortuus est. Et eo Rabīʿ filius Ziyād regioni Khurāsān praefectus est.

Annus 46 iniit praeparatione *die* 13° ādār anni 977 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbd al Raḥmān filius Khālid filii Walīd in regione Romanorum hiemavit.

Annus 47 iniit feria 4ª *die* 3° ādār anni 978 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

Eo Malik filius Hubairae in regione Romanorum hiemavit. Et eo Muʿāwiya ʿAbd Allah filium ʿAmr filii ʿĀs ab amīratu Aegypti amovit, et pro eo praesidem fecit Muʿāwiyam filium Khudaig [4].

Annus 48 iniit die dominica 19° šĕbāṭ anni 979 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo filius Mukarrir in regione Romanorum hiemavit.

*Annus 49 iniit feria 5ª *die* 8° šĕbāṭ anni 980 Graecorum. p. 144.
— Khuwārizmensis.

Eo Fuḍāla filius ʿUbaid in regione Romanorum hiemavit.

Annus 50 iniit feria 3ª *die* 29° kānūn II anni 981 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Ḥuṣain filius Numair toti exercitui Romanorum occurrit, cum 3,000 Saracenorum secum haberet, et superavit Romanos. Et eo Ḥasan filius ʿAli mortuus est.

[1] Arab. « Moslemorum ». — [2] Arab. « Abiyyae »; ambo perperam pro « Abīhi » (patris eius). — [3] Arab. « Al ʿIrāq ». — [4] Male pro « Ḥudaig » (BAETHGEN).

Annus 51 iniit sabbato *die* 18° kānun II anni 982 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Bišr filius Arṭae in regione Romanorum hiemavit. Et eo Yazīd filius Muʿāwiyae regionem Romanorum invasit et Constantinopolim pervenit.

Annus 52 iniit feria 5ª *die* 8° kānun II anni 983 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

Eo Muḥammad filius ʿAbd al Raḥmān in regione Romanorum hiemavit. Et eo Abū Mūsa al Ašʿari mortuus est.

p. 145. *Annus 53 iniit feria 2ª *die* 27° kānun I anni 984 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Sufyān filius ʿAuf in regione Romanorum hiemavit. Et eo Ḥugr filius ʿAdi occisus est. Et eo Ziyād filius Ubiyyae [1] mortuus est.

Annus 54 iniit praeparatione *die* 16° kānun I anni 985 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbd al Raḥmān filius Masʿūd in regione Romanorum hiemavit. Et eo Garīr filius ʿAbd Allah mortuus est.

Annus 55 iniit feria 4ª *die* 6° kānun I anni 986 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbd Allah fillus Qais in regione Romanorum hiemavit.

Annus 56 iniit die dominica 25° tešrīn II anni 987 Graecorum. — Khuwārizmensis. [Ia]cobus Edessenus.

Eo Malik filius ʿAbd Allah in terra Romanorum hiemavit. Et eo apparuit cometa terribilis matutinus, et incepit a die 28° āb, et perduravit usque ad diem 26ᵘᵐ tešrīn I.

p. 146. *Annus 57 iniit feria 5ª *die* 13° tešrīn II anni 988 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Yazīd in terra Romanorum hiemavit.

Annus 58 intravit feria 3ª *die* 3° tešrīn II anni 989 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿĀiša filia Abū Bakr uxor Muḥammad filii ʿAbd Allah mortua est. Et eo ʿAmr filius Murrae in terra Romanorum hiemavit.

Annus 59 iniit sabbato *die* 23° tešrīn I anni 990 Graecorum. — Khuwārizmensis.

[1] Arab. « Abiyyae »: vide ann. 44.

Eo Gunāda filius Abū Umayya in Rhodo hiemavit in regione Romanorum.

Annus 60 iniit feria 4ª *die* 12° tešrīn II anni 991 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Muʿāwiya filius Abū Sufyān in urbe Damasco mortuus est; et regnavit post eum Yazīd filius eius, die *praeparationis 15° p. 147.
ragab. Et Ḥusain filius ʿAli ad *urbem* Makkāb [1] fugit.

Annus 61 iniit feria 2ª *die* 1° tešrīn I anni 992 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Ḥusain filius ʿAli occisus est; quem occidit ʿAmr filius Saʿd filii Abū Waqqāṣ, in via Makkāb, die 10° muḥarram.

Annus 62 iniit praeparatione *die* 20° īlul anni 992 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo Yazīd filius Muʿāwiyae Wālid filium ʿUtbae ab amīratu ʿYathrib urbis [2] amovit, eique praefecit ʿUthman filium Muḥammad. Et cives contra eundem Muḥammad tumultum fecerunt et filii Umayyae ab eadem urbe eiecti sunt.

Annus 63 iniit feria 4ª *die* 11° īlul anni 993 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo Yazīd filius Muʿāwiyae Muslim filium ʿUqbae misit *cum p. 148.
ʿAbd Allah filium Zubair pugnaturum. Et Muslim ʿad urbem Yathrib [3] profectus cum incolis eius pugnavit eosque superavit et occidit eorum multos, eamque vastavit ac praedatus est 3 dies.

Annus 64 iniit die dominica 30° āb anni 994 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo kaʿba combusta est fine ṣafar. Et eo Yazīd filius Muʿāwiyae mortuus est, et Damasci sepultus est, et regnavit post eum Muʿāwiya filius eius, feria 3ª *die* 14° mensis rabīʿ I; et post duo menses ac 22 dies mortuus est; et regnavit post eum ʿAbd Allah filius Zubair.

Annus 65 iniit feria 5ª *die* 18° āb anni 995 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo universi incolae Syriae ac Palestinae post Marwan filium Ḥakam declinaverunt eumque regem proclamaverunt feria 3ª *die* 6° muḥarram et mortuus est die dominica 27° mensis ra-

[1] Sic in textu syr. semper scr. est; Arab. « Makkam », et ita semper. — [2] Arab. « Al Madīnae ». — [3] Arab. « Al Madīnam ».

maḍān; et regnavit post eum ʿAbd al Malik filius eius. Et eo rex Romanorum Mepsostiam [1] egressus est et ʿAbd al Malik filius Marwan pacem fecit cum eo die 7° tāmmuz.

p. 149. *Annus 66 iniit feria 3ª *die* 8° āb anni 996 Graecorum. — Series temporum Saracenorum. Iacobus Edessenus.

Eo ʿAbd Allah filius Zubair ʿAbd Allah filium Mutīʿ Kūfae urbi praefecit. ʿEt eo regnavit Psomirus [2] rex Romanorum [3].

Annus 67 iniit sabbato *die* 28° tāmmuz anni 997 Graecorum. — Khuwārizmensis. Yešuʿdĕnaḥ metropolita Baṣrae.

Eo ʿAbd al Malik filius Marwan Rhesainam venit eamque expugnavit et ab ea discessit et Nisibin venit, et Damascum reversus est. Et eo Mār Ḥĕnānyešuʿ catholicus institutus est.

Annus 68 iniit feria 4ª *die* 17° tāmmuz anni 998 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbd Allah filius ʿAbbās mortuus est. Et eo fuit fames magna et homines multi perierunt.

p. 150. *Annus 69 iniit feria 2ª *die* 6° tāmmuz anni 999 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbd al Malik Rhesainam egressus est cum Musʿab filio Zubair pugnaturus. Et eo fuit pax inter ʿAbd al Malik et regem Romanorum, ea condicione ut ʿAbd al Malik singulis septimanis regi Romanorum 1,000 denarios penderet [4].

Annus 70 iniit praeparatione *die* 25° ḥĕzīrān anni 1000 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbd al Malik filius Marwan ʿAmr filium Saʿīd filii ʿĀṣ in urbe Damasco occidit, quoniam eum rectorem Damasci fecerat et ab eo desciverat.

Annus 71 iniit feria 3ª *die* 14° ḥĕzīrān anni 1001 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo abiit ʿAbd al Malik filius Marwan cum Musʿab filio Zubair dimicaturus. Et misit ante faciem suam Muḥammad fratrem suum; et misit Musʿab ante faciem suam Ibrahīm filium Aštaris. Et occurrit Muḥammad Ibrahīm prope Monasterium Catholici et

p. 151. Ibrahīm filius Aštaris occisus est *et socii eius dispersi; et Musʿab

[1] Sc. Mopsuestiam; Arab. « Al Maṣṣīṣam ». — [2] Sc. Apsimarus (cf. p. 25). Revera Iustinianus hoc anno imperator factus est. - [3] Minio scr.. — [4] Vox طرح hoc sensu (lexicis ignoto) ab Elia saepius usitatur.

occisus est et caput eius ablatum est et ad ʿAbd al Malik portatum.

Annus 72 iniit die dominica 4° ḥĕzīrān anni 1002 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo misit ʿAbd al Malik filius Marwan Ḥaggag filium Yūsuf cum filio Zubair pugnaturum: et Ḥaggag usque Makkāb [1] profectus est. Et eo ʿAbd al Malik filius Marwan Umayyam filium ʿAbd Allaḥ filii Khalid filii Usaid filii Abū'l ʿĀṣ filii ʿAbd Šams Khurāsān ac Sagastān praefecit.

Annus 73 iniit feria 5ª *die* 23° iyyār anni 1003 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbd Allah filius Zubair occisus est feria 2ª *die* 17° gumada II. Et eo Muḥammad filius Marwan Sebastiam urbem Romanorum intravit, et victor fuit et cum gaudio exiit.

*Annus 74 iniit feria 3ª *die* 13° iyyār *anni* 1004 Graecorum. — Khuwārizmensis. Yešuʿdĕnaḥ metropolita. p. 152.

Eo sol obscuratus est die 29° gumada I, et 5° tešrīn I, et stellae apparuerunt. Et eo Ḥĕnānyešuʿ catholicus in exilium [2] pulsus est et pro eo catholicus institutus est inique ac violenter Iohannes Dāsenensis.

Annus 75 iniit sabbato *die* 2° iyyār anni 1005 Graecorum. — Khuwārizmensis. Iacobus Edessenus.

Eo Ḥaggag filius Yūsuf praeses super Bēth Ārāmāye factus est. Et eo proelium fuit Romanis cum Saracenis, et Romani superati sunt. ʿEt eo fuit defectio [3] solis totalis die dominica 5° tešrīn I, hora 5ª diei [4].

Annus 76 iniit feria 4ª *die* 21° nīsān anni 1006 Graecorum. — Khuwārizmensis. Yešuʿdĕnaḥ metropolita.

Eo ʿAbd al Malik filius Marwan *drachmas ac denarios cum moneta [5] arabica cudi iussit. Et eo Iohannes Dāsenensis qui catholicatum violenter adsumpsit mortuus est; et vetuit Ḥaggag principem Christianis constitui; et mansit ecclesia Bēth Ārāmāye sine principe usque ad mortem Ḥaggag, scilicet 18 [6] annos. p. 153.

Annus 77 iniit feria 2ª *die* 10° nīsān anni 1007 Graecorum. — Series temporum Saracenorum [7].

[1] Vide ann. 60. — [2] ἐξορία. — [3] ἔκλειψις. — [4] Minio scr., contra regulam sub A. S. 933 positam. — [5] μονῆτα. — [6] Supra, p. 31, dicitur « 20 ». — [7] Fontem alium (Yešuʿdĕnaḥ ?) omissum esse liquet.

Eo ʿAbd al Malik filius Marwan Walid fratrem suum in dicionem Romanorum misit. Et eo Ḥaggag filius Yūsuf Sufyanem filium Gābir misit cum Šabīb Ḥarūrita pugnaturum et Šabīb superatus est, et in fluvium cecidit et mersus est et mortuus est. ʿEt eo Qāmyešuʿ metropolita Nisibis institutus est et vixit in principatu 49 dies et obiit, et institutus est post eum Sabaryešuʿ [1].

Annus 78 iniit praeparatione *die* 30° ādār anni 1008 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

p. 154. Eo Ḥassān filius Nuʿmanis Ghāsānita [2] mandato *ʿAbd al Malik filii Marwan dicionem Romanorum invasit, et cum victoria exiit. Et regina barbarorum [3] ei obviam venit eumque superavit et omnes qui cum eo *erant;* et fugit Ḥassān ab ea et omnes qui cum eo *erant* perierunt et occisi sunt.

Annus 79 iniit feria 3ª *die* 19° ādār anni 1009 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo fuit morbus bubonis in regione Syriae et invaluit multum, et populus multus eo periit. Et rex Romanorum Antiochenorum multos interemit. Et eo Ḥaggag filius Yūsuf Muhallab filium Abū Ṣufra regioni Khurāsān praefecit.

Annus 80 iniit die dominica 9° ādār anni 1010 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo fuit diluvies magna in via Makkāb [4], quae partem maiorem festum frequentantium abripuit et impedimenta eorum submersit et quidquid possidebant. Et locus ille vocatus est Al Gaḥfa [5]. Et eodem anno fuit morbus bubonis qui multos perdidit.

p. 155. *Annus 81 iniit feria 5ª *die* 26° šĕbāṭ anni 1011 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo Muḥammad filius Ḥanafitidis mortuus est 65 annos natus.

Annus 82 iniit feria 3ª *die* 15° šĕbāṭ anni 1012 Graecorum. — Yešuʿdĕnaḥ metropolita. Series temporum Saracenorum.

Eo obiit Ḥĕnānyešuʿ catholicus, et in monasterio Mār Ionae sepultus est. Et eo Ḥaggag filius Yūsuf ʿAbd Allah filium Muḥammad filii Ašʿath ad Sagastān praesidem misit. Et filius Ašʿath ab Ḥaggag descivit et a Sagastān rediit. Et misit Ḥaggag

[1] Minio scr.. — [2] Sic punctuatum. — [3] Sc. Africae septentrionalis indigenarum. — [4] Vide ann. 60. — [5] Sc. aqua in puteo remanens.

contra eum copias multas et ipse post eas castra movit. Et occisi sunt e copiis Ḥaggag 8,000 et cum clade rediit.

Annus 83 iniit sabbato *die* 4° šĕbāṭ anni 1013 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

Eo Ḥaggag filius Yūsuf Wāsiṭ urbem aedificavit et in ea habitavit. Et eo ʿAbd al Malik filius Marwan regionem Romanorum invasit. Et sunt qui dicunt eum filium suum ʿAbdallah misisse *neque ipsum invasisse. Et eo filius Asʿath Baṣram venit, p. 156. et Baṣra Kūfam discessit et tandem superatus est.

Annus 84 iniit feria 4ª *die* 24° kānun II anni 1014 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbdallah filius ʿAbd al Malik filii Marwan Mepsostiam (*i. e. Mopsuestiam*) urbem renovavit. Et eo Ḥassān filius Nuʿmanis regionem Africae invasit et exiit regina barbarorum cum eo pugnatura, et ipsa occisa est et multi ex exercitu qui cum ea *erat*.

Annus 85 iniit feria 2ª *die* 14° kānun II anni 1015 Graecorum. – Series temporum Saracenorum.

Eo ʿAbd al ʿAzīz filius Marwan mortuus est, et erat tunc amīra Aegypti; et ʿAbd al Malik ʿAbdallah filium eius pro eo constituit.

*Annus 86 iniit praeparatione *die* 2° kānun II anni 1016 p. 157. Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbd al Malik filius Marwan mortuus est; et regnavit post eum Walīd frater eius feria 5ª die 14° šawwāl. Et eo Maslama filius ʿAbd al Malik regionem Romanorum invasit et duas arces expugnavit et captivos fecit et praedatus est et cum victoria exiit.

Annus 87 iniit feria 3ª *die* 22° kānun I anni 1017 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo Walīd filius ʿAbd al Malik ʿUmarem filium ʿAbd al ʿAzīz urbi Yathrib praefecit. Et eo Qutaiba filius Muslim regionem Bukhārae invasit et urbem unam magnam expugnavit, et in domo idolorum quae in ea *erat* duas margaritas magnas invenit, easque ad Ḥaggag misit et eas admiratus est.

Annus 88 iniit die dominica 12° kānun I anni 1018 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Walīd mosquaeam Damasci urbis aedificavit. Et eo *Mu- p. 158. ḥammad filius Marwan Armeniam invasit et cum victoria exiit.

Annus 89 iniit feria 5ª *die* 1° kānun I anni 1019 Graecorum. — Liber seriei temporum. Series temporum patriarcharum Iacobitarum.

Eo Maslama filius ʿAbd al Malik et ʿAbbās filius Walīd dicionem Romanorum invaserunt et cum victoria exierunt. Et eo Qutaiba filius Muslim regionem Bukhārae invasit. Et eo Walīd Mūsam filium Nuṣair regioni Africae praefecit. ⌜Et eo Iulianus patriarcha Iacobitarum mortuus est et Iacobus Edessenus [1].

Annus 90 iniit feria 2ª *die* 19° tešrīn II anni 1020 Graecorum. — Series temporum Saracenorum.

Eo Walīd filius ʿAbd al Malik Qurram Aegypto praefecit. Et eo Romani Khālid filium Kaisanis amīram maris captivum fecerunt. Et eo ʿAbd al ʿAzīz filius Walīd dicionem Romanorum invasit.

p. 159. *Annus 91 iniit sabbato *die* 9° tešrīn II anni 1021 Graecorum. — Khuwārizmensis. Collectiones.

Eo Qutaiba filius Muslim Ṭabaristān et Bukhāram et Samarqand expugnavit. Et eo ʿUthman filius Walīd dicionem Romanorum invasit, et cum victoria exiit. Et eo mulier in urbe Callinico catulum canis peperit, et post multas minas ac territationes canem secum coivisse confessa est.

Annus 92 iniit feria 4ª die 29° tešrīn I anni 1022 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbbās filius Walīd dicionem Romanorum invasit. Et eo Muḥammad filius Yūsuf praeses Yaman mortuus est; et stetit post eum Ayyūb filius Yahyae filii Ḥakam filii Abū'l ʿĀṣ.

Annus 93 iniit feria 2ª *die* 19° tešrīn I anni 1023 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Walīd filius Hišām filii ʿUqbae dicionem Romanorum invasit et usque ad Pratum Pinguedinis [2] penetravit.

p. 160. *Annus 94 iniit praeparatione *die* 7° tešrīn I anni 1024 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbbās filius Walīd dicionem Romanorum invasit et Antiochiam interiorem expugnavit. Et eo fuit terraemotus 40 dies et cecidit Antiochia. Et eo Muḥammad filius Qāsim regionem Indiae expugnavit.

[1] Minio scr.. — [2] Vide ann. 33.

Annus 95 iniit feria 3ª *die* 26° īlul anni 1024 Graecorum. — Khuwārizmensis. Yešuʿdĕnaḥ metropolita.

Eo ʿAbbas filius Walīd dicionem Romanorum invasit, et Salāma filius ʿAbd al Malik Armeniam. Et eo Ḥaggag filius Yūsuf mortuus est in urbe Wāsiṭ. Et eo Ṣĕlībzĕkhā catholicus institutus est.

Annus 96 iniit die dominica 16° īlul anni 1025 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Walīd filius ʿAbd al Malik mortuus est et regnavit post eum Sulaiman frater eius die dominica 14° gumada II. Et eo Yazīd filius Muhallab factus est amīra Bēth Ārāmāye.

*Annus 97 iniit feria 5ª *die* 5° īlul anni 1026 Graecorum. p. 161.
— Khuwārizmensis.

Eo Maslama filius ʿAbd al Malik dicionem Romanorum invasit et duas urbes ac tres arces expugnavit.

Annus 98 iniit feria 2ª *die* 24 āb anni 1027 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Maslama filius ʿAbd al Malik dicionem Romanorum invasit et Constantinopolim obsedit atque ibi hiemavit. Et Saraceni agros severunt eosque messuerunt et ederunt ab eo quod severant. Et eo Romani per mare exierunt et captivos a Laodicea urbe abduxerunt eamque praedati sunt et urbe incensa redierunt.

Annus 99 iniit sabbato *die* 14° āb anni 1028 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Sulaiman filius ʿAbd al Malik mortuus est; et regnavit post eum ʿUmar filius ʿAbd al ʿAzīz feria 3ª die 8° ṣafar. Et eo fuit terraemotus in Mesopotamia die *praeparationis medio p. 162.
gumada II et domus multae ceciderunt. Et fuerunt terraemotus continui 6 menses.

Annus 100 iniit feria 4ª *die* 3° āb anni 1029 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Yazīd filius ʿAqīl factus est amīra Mesopotamiae.

Annus 101 iniit die dominica 23° tāmmuz anni 1030 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿUmar filius ʿAbd al ʿAzīz mortuus est; et regnavit post eum Yazīd filius ʿAbd al Malik, die praeparationis 25° ragab.

⸢Et eo Leo rex Romanorum omnes Iudaeos qui in eius imperio *erant* baptizari iussit [1].

Annus 102 iniit praeparatione *die* 12° tāmmuz anni 1031 Graecorum. — Khuwārizmensis.

p. 163. Eo Maslama filius ʿAbd al Malik cum Yazīd *filio Muhallab pugnavit, et occisus est Yazīd. Et eo fuit ʿUmar filius Hubairae amīra Bēth Ārāmāye.

Annus 103 iniit feria 3ª *die* 7° tāmmuz anni 1032 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbbās filius Walīd dicionem Romanorum invasit et Saraceni superati sunt.

Annus 104 iniit die dominica 21° ḥĕzīrān anni 1033 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Garrāḥ filius ʿAbd Allah regionem Turcarum invasit et urbem Šabbam [2] expugnavit.

Annus 105 iniit feria 5ª *die* 10° ḥĕzīrān anni 1034 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Yazīd filius ʿAbd al Malik mortuus est; et regnavit post eum Hišām frater eius, feria 4ª die 24° šaʿbān.

Annus 106 iniit feria 2ª *die* 29° iyyār anni 1035 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum patriarcharum Iacobitarum.

p. 164. Eo ʿUmar filius Hubairae ab amīratu *Bēth Ārāmāye amotus est; et in loco eius stetit Khālid filius ʿAbd Allah. ⸢Eo Elias patriarcha Iacobitarum mortuus est; et post eum institutus est Athanasius discipulus eius [3].

Annus 107 iniit sabbato *die* 19° iyyār anni 1036 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Maslama filius ʿAbd al Malik Caesaream urbem expugnavit. Et eo fuit morbus bubonis in regione Syriae, et multitudinem hominum ac pecudum perdidit.

Annus 108 iniit feria 4ª *die* 8° iyyār anni 1037 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Muʿāwiya filius Hišām regionem Romanorum invasit.

Annus 109 iniit die dominica 27° nīsān anni 1038 Graecorum. — Khuwārizmensis. Collectiones.

[1] Minio scr.. — [2] Perperam pro « Šakkam »; vide YĀQŪT, s. v. شكّى (BAETHGEN). — [3] Minio scr..

Eo Maslama filius ʿAbd al Malik Adurbīgan et Armeniam invasit et regionem Turcarum invasit et pugnavit cum eis eosque superavit. Et eo requievit David episcopus Šennae, vir sanctus ac miraculorum patrator: obiit autem die sabbato 4° ieiunii 13° ādār.

*Annus 110 iniit praeparatione *die* 16° nīsān anni 1039 Graecorum. — Khuwārizmensis. p. 165.

Eo Maslama filius ʿAbd al Malik iterum regionem Turcarum invasit et pugnavit cum eis eosque superavit.

Annus 111 iniit feria 3ª *die* 5° nīsān anni 1040 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series temporum catholicorum.

Eo imperium ʿAbbāsidarum in regione Khurāsān apparere incepit et princeps eorum erat Sulaiman filius Kathīr. Et eo obiit Ṣĕlībzĕkhā catholicus.

Annus 112 iniit die dominica 26° ādār anni 1041 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Turcae Garrāḥ filium ʾAbd Allah occiderunt, et Saracenos captivos fecerunt eosque praedati sunt in Prato Ardabīl. Et Saʿīd filius ʿUmaris invasit, et pugnavit et Turcis superatis captivitatem Saracenorum ab eis eripuit.

*Annus 113 iniit feria 5ª die 15° ādār anni 1042 Graecorum. — Khuwārizmensis. p. 166.

Eo Maslama filius ʿAbd al Malik cum Kāqan rege Turcarum pugnavit et Kāqan occidit. Et eo Marwan filius Muḥammad Armeniae et Adurbīgan praefectus est.

Annus 114 iniit feria 2ª *die* 3° ādār anni 1043 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Muʿāwiya filius Hišām regionem Romanorum invasit et captivos abduxit, qui exierunt cum primis qui exierunt Saracenorum. Et Saracenorum qui remanserant contra eos exierunt Romani eosque perdiderunt.

Annus 115 iniit sabbato *die* 21° šĕbāṭ anni 1044 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Bukair filius Māhanis regionem Khurāsān ingressus est homines ad regnum ʿAbbāsidarum vocaturus et accepit eum Abū ʿAun ʿAkkensis.

*Annus 116 iniit feria 4ª *die* 10° šĕbāṭ anni 1045 Graecorum. — Khuwārizmensis. p. 167.

Eo Muʿāwiya filius Hišām dicionem Romanorum invasit.

Annus 117 iniit die dominica 30° kānun II anni 1046 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Muʿāwiya filius Hišām dicionem Romanorum invasit.

Annus 118 iniit praeparatione *die* 20° kānun II anni 1047 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Muʿāwiya filius Hišām dicionem Romanorum invasit.

Annus 119 iniit feria 3ª *die* 8° kānun II anni 1048 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Muʿāwiya filius Hišām mortuus est. Et eo Marwan terram Turcarum invasit eosque superavit.

Annus 120 iniit sabbato *die* 28° kānun I anni 1049 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Yūsuf filius ʿUmaris praeses Bēth Ārāmāye factus est.

p. 168. *Annus 121 iniit feria 5ª *die* 18° kānun I anni 1050 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Zaid filius ʿAli occisus est, quem occidit Yūsuf filius ʿUmaris in urbe Kūfa. Et eo Maslama filius ʿAbd al Malik mortuus est.

Annus 122 iniit feria 2ª *die* 4° kānun I anni 1051 Graecorum. — Hegumenus coenobii magni. Daniel filius Mūsae Iacobita.

Eo obiit Pēthyun catholicus. ʿEo obiit Athanasius patriarcha Iacobitarum et episcopi congregati sunt et consenserunt ut sortes iacerent et Athanasio *ep.* Maiferqaṭ[1] rem commiserunt, qui callide egit et in tribus chartis nomen Ioannis episcopi Charrarum inscripsit et altari imposuit et facta oratione chartas deprompserunt; et praecepit Athanasius ut ter depromerentur: et hoc ter facto Ioannem instituerunt[2].

Annus 123 iniit sabbato *die* 26° tešrīn II anni 1052 Graecorum. — Khuwārizmensis. Hegumenus coenobii magni.

Eo Sulaiman filius Hišām dicionem Romanorum invasit et

p. 169. *cum victoria exiit. Et eo Leo rex Romanorum mortuus est; et regnavit post eum Constantinus filius eius. Et eo Abba episcopus Kaškar[3] electus est ac catholicus institutus. Et eo Cyprianus metropolita Nisibis institutus est.

Annus 124 iniit feria 4ª *die* 15° tešrīn II anni 1053 Graecorum. — Khuwārizmensis.

[1] Arab. « Mayyafāriqīn ». — [2] Minio scr.. — [3] Arab. « Wāsiṭ ».

Eo Sulaiman filius Hišām dicionem Romanorum invasit et filio Leonis occurrit.

Annus 125 iniit die dominica 4° tešrīn II anni 1054 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Hišām filius ʿAbd al Malik mortuus est et regnavit post eum Walīd filius Yazīd feria 4ª die 6° mensis rabīʿ II.

Annus 126 iniit praeparatione *die* 25° tešrīn I anni 1055 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Walīd filius Yazīd occisus est et regnavit post eum Yazīd filius eius, feria 5ª die 25° gumada *II[1], et vixit in regno 162 dies p. 170. et mortuus est; et regnavit post eum Ibrahīm filius Walīd die praeparationis 12° dhū'l ḥigga.

Annus 127 iniit feria 3ª *die* 13 tešrīn I anni 1056 Graecorum. — Khuwārizmensis. Daniel Iacobita.

Eo Marwan filius Muḥammad Damascum ingressus est, et Ibrahīm filium Walīd a regno amovit et ipse regnavit feria 2ª die 26° ṣafar. Et desciverunt ab eo cives Emesae et ad eos profectus urbem eorum expugnavit. Et eo stella apparuit nocte prima kānun II quae magna fuit et ab omnibus stellis diversa et 8 dies perduravit et deinde abscondita est.

Annus 128 iniit sabbato *die* 2° tešrīn I anni 1057 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Marwan filius Muḥammad cum Ḍaḥḥāk filio Qais *Ḥarū- p. 171. rita in Mesopotamia pugnavit eumque occidit. Et eo ʿUmarem[2] filium Hubairae regionibus Bēth Ārāmāye praefecit.

Annus 129 iniit feria 5ª *die* 22° īlul anni 1058[3] *Graecorum.* — Khuwārizmensis.

Eo cives Emesae a Marwan filio Muḥammad desciverunt et contra eos profectus urbem eorum 4 menses et 22 dies obsedit eamque expugnavit atque eruit. Et eo exiit[4] Abū Muslim in regione Marw dum de regno ʿAbbāsidarum aperte proclamat.

Annus 130 iniit feria 2ª *die* 11° īlul anni 1058 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Abū Muslim Marw ingressus est. Et eo Abū Muslim Abū Dāūd et ʿUthman filios Kirmānitae occidit.

[1] Dies 25ᵘˢ gum. II fuit feria 3ª (DELAPORTE). Constat Al W. occisum esse die 27° gum. II feria 5ª. — [2] Revera Yazīd ibn ʿUmar. — [3] Perperam pro « 1057 ». — [4] Vide not. ad ann. 137.

Annus 131 iniit praeparatione *die* 30° āb anni 1059 Graecorum. — Khuwārizmensis. Daniel Iacobita.

Eo fuerunt terraemotus multi et loca multa ceciderunt: et pagus quidam iuxta montem Thābor 4 millia passuum a loco p. 172. suo translatus est cum domibus ac possessionibus, nec *gleba una argillae a domibus eius cecidit, neque ullus *homo* in eo periit nec pecus nec gallus. Et eo ecclesia Iacobitarum in urbe Mabbug cecidit die dominica tempore mysteriorum et perierunt in ea populus multus.

Annus 132 iniit feria 4ª *die* 20° āb anni 1060 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Muḥammad filius Khālid Kūfam urbem ʿAbbāsidis cepit. Et eo Abū'l ʿAbbās et fratres eius et domestici Kūfam urbem ingressi sunt. Et eo regnavit Abū'l ʿAbbās et cognominatus est Al Saffāḥ die praeparationis mense rabiʿ I *die* 5° eius.

Annus 133 iniit die dominica 9° āb anni 1061 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae Al Ṣūli. Khuwārizmensis.

Eo Abū'l ʿAbbās rex Abū Gaʿfar fratrem suum Mesopota- p. 173. miae et Mauṣal et Adurbīgan et Armeniae praefecit; *et Baṣrae et tractibus Tigridi contiguis et ʿUmān et Al Baḥrain praefecit patruum suum Sulaiman. Et eo Dāūd filius ʿAli mortuus est. Et eo exiit Constantinus rex Romanorum et Melitenen obsedit eamque coarctavit quia in manibus Saracenorum erat, atque expugnavit eam.

Annus 134 iniit praeparatione *die* 30° tāmmuz anni 1062 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae. Khuwārizmensis.

Eo Abū'l ʿAbbās rex a Kūfa urbe Anbar migravit, et eam aedificare incepit die dominica 15° dhū'l ḥigga. Et columnas in via aedificavit a Kūfa et usque Makkāb [1].

Annus 135 iniit feria 3ª *die* 18° tāmmuz anni 1063 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo fuit princeps festum frequentantium Sulaiman filius ʿAli.

p. 174. *Annus 136 iniit sabbato *die* 7° tāmmuz anni 1064 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae.

Eo Abū Gaʿfar ad festum profectus est et Abū'l ʿAbbās rex mortuus est die sabbato 12° dhū'l ḥigga. Et nuntius ad Abū

[1] Vide ann. 60. Arab. (B) ins. « ut in ea dirigeret qui in ea irent ».

Gaʿfar fratrem eius pervenit die sabbato 26° eius mensis; et regnavit et vocatus est Al Manṣūr.

Annus 137 iniit feria 5ª *die* 27° ḥĕzīrān anni 1065 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo ʿAbd Allah filius ʿAli Charras obsedit atque expugnavit. Et eo Abū Gaʿfar occidit Abū Muslim. Et exiit [1] ⸢gladius civium Sābūr [2] ultionem Abū Muslim requisiturus, et 50,000 virorum congregavit et pugnavit cum eo Gahwar filius Marrār eumque occidit. Et eo exiit [1] Mulabbid filius Ḥarmalae Šaibānita Ḥarūrita.

Annus 138 iniit feria 2ª *die* 16° ḥĕzīrān anni 1066 Graecorum. — Khuwārizmensis. Dionysius patriarcha Iacobitarum.

Eo Mulabbid filius Ḥarmalae Ḥarūrita occisus est; quem occidit *Khāzim filius Khuzaimae. Et eo Faḍl filius Ṣāliḥ dicionem p. 175. Romanorum invasit, et ʿAbbās filius Muḥammad Khurāsān [3] invasit. ⸢Et eo obiit Ioannes patriarcha Iacobitarum [4].

Annus 139 iniit praeparatione *die* 4° ḥĕzīrān anni 1067 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo mosquaea kaʿbae renovata atque amplificata est. Et fuit princeps festum frequentantium hoc anno ʿAbbās filius Muḥammad filii ʿAli.

Annus 140 iniit feria 4ª *die* 25° iyyār anni 1068 Graecorum. — Khuwārizmensis. Dionysius patriarcha Iacobitarum.

Eo Al Manṣūr ad festum profectus est. ⸢Et eo Constantinus rex Romanorum Qaliqalam [5] urbem Armeniorum exiit eamque subegit et omnes qui in ea *erant* captivos fecit eamque praedatus est et cum victoria rediit [4].

Annus 141 iniit die dominica 14° iyyār anni 1069 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae. Series temporum metropolitarum.

Eo Al Manṣūr rex Hierosolyma profectus est et in eis oravit *et Callinicum rediit. Et eo aedificatio absidis [6] et sanctuarii p. 176. templi magni ecclesiae Nisibis absoluta est, quod Cyprianus

[1] Sc. descivit. ܢܦܩ = خرج, qui sensus lexicis incognitus est. — [2] Perperam pro « Sunbadh a Nīsābūr » (Ṭab., III, 119) (Baethgen). Pro « gladius » stat in textu arab. (B) « exercitus ». — [3] Non Khurāsān, quae iamdudum penes Arabes erat, sed Romaniam hoc anno invasit Al ʿAbbās (Ṭab., III, 121). — [4] Minio scr. . — [5] Sc. Theodosiopolim. — [6] κόγχη.

metropolita aedificavit, et in quod 56,000 denariorum expendit; quod consecravit die dominica Pentecostes.

Annus 142 iniit praeparatione *die* 4° iyyār anni 1070 Graecorum. — Khuwārizmensis. Dionysius patriarcha.

Eo incolae Ṭabaristān desciverunt et profectus est Rauḥ filius Ḥātim et Khāzim filius Khuzaimae eamque subegerunt. ⌜Eo Georgius patriarcha Iacobitarum institutus est et quidam ex episcopis eorum patriarcham alium sibi instituerunt qui est Iohannes episcopus Callinici; et ob hoc divisio inter eos incidit [1].

Annus 143 iniit feria 3ª *die* 22° nīsān anni 1071 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Mahdi a Khurāsān venit et pater eius Abū Gaʿfar rex ei obviam exiit.

p. 177. *Annus 144 iniit sabbato *die* 11° nīsān anni 1072 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Mahdi a Khurāsān venit et Abū Gaʿfar ei obviam exiit. Et eo Muḥammad filius Khālid ab amīratu Yathrib urbis amotus est, et pro eo praeses factus est Rabbāḥ filius ʿUthman.

Annus 145 iniit feria 5ª *die* 1° nīsān anni 1073 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Al Manṣūr urbem Baghdādh aedificare incepit eamque Urbem Pacis nominavit. Et eo exiit [2] Muḥammad filius ʿAbd Allah filii Ḥasan et occidit eum ʿĪsa filius Mūsae. Et exiit [2] Ibrahīm filius ʿAbd Allah filii Ḥasan Baṣrae et occidit eum etiam ʿĪsa filius Mūsae.

Annus 146 iniit feria 2ª die 21° ādār anni 1074 Graecorum. — Khuwārizmensis. Dionysius patriarcha Iacobitarum.

Eo Al Manṣūr aedificationem Urbis Pacis perfecit, et in ea habitavit ipse ac ministri eius. ⌜Et eo Iohannes qui contra leges fuit patriarcha Iacobitarum mortuus est [3].

p. 178. *Annus 147 iniit praeparatione *die* 9° ādār anni 1075 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Turcae Taflīs venerunt et Saracenos qui in ea *erant* superaverunt et Ḥarb filium ʿAbd Allah occiderunt et captivos multos abduxerunt.

[1] Minio scr.. — [2] Vide not. ad ann. 137. — [3] Minio scr..

Annus 148 iniit feria 4ª *die* 27° šebāṭ anni 1076 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Historia Ecclesiastica Pethyun.

Eo Gaʿfar filius Muḥammad Al Ṣādiq mortuus est. Et eo Abū Gaʿfar aegrotavit ac stomacho laboravit; et misit post Georgium archiatrum e Bēlafeṭ eumque arcessivit. Et cum venisset Georgius laete eum recepit rex et honoravit et paucis diebus sanatus est rex et convaluit et Georgii petitiones in omni re accipi iussit.

Annus 149 iniit die dominica 16° šebāṭ anni 1077 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo adscendit Al Manṣūr, et Ḥĕdatham urbem pervenit. *Et p. 179.
eo aedificatio muri Baghdādh perfecta est ac tota aedificatio eius.

Annus 150 iniit feria 5ª *die* 5° šĕbāṭ anni 1078 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Khuwārizmensis. Narratio Cypriani.

Eo Abū Ḥanīfa al Nuʿmān filius Thābit mortuus est. Et eo Khāzim filius Khuzaimae occidit ʾštʾsn [1] in regione Khurāsān cum 70,000 qui cum eo fuerunt. Et eo obiit Cyprianus metropolita Nisibis.

Annus 151 iniit feria 3ª *die* 26° kānun II anni 1079 Graecorum. — Historia Ecclesiastica Pēthyun.

Eo Abū Gaʿfar rex, die festi Nativitatis [2], Georgio medico tres ancillas romanas pulcras et 3,000 denariorum misit; et cepit denarios ac remisit ancillas: et dixit regi, « Ego cum talibus in domo non habitabo; quia nobis Christianis hoc non permissum est una uxore excepta; et ecce! est mihi uxor in *urbe* Bēlafeṭ », et audiit rex eumque laudavit ac dilexit.

*Annus 152 iniit sabbato *die* 14° kānun II anni 1080 Grae- p. 180.
corum. — Khuwārizmensis. Dionysius patriarcha.

Eo Al Manṣūr usque Sennam urbem adscendit ac rediit. ⌜Et eo Magorum quidam in regione Persidis a regno Saracenorum desciverunt; et Mahdi regis filius exercitum 30,000 contra eos misit; et Magi eos superaverunt et victi redierunt [3].

Annus 153 iniit feria 5ª die 4° kānun II anni 1081 Graecorum. — Khuwārizmensis. Dionysius patriarcha Iacobitarum.

Eo Al Manṣūr rex ad urbem Hierosolyma exiit. ⌜Eo Mahdi regis filius exercitum magnum contra Magos misit qui in re-

[1] ṬAB. III, 304 « ʾštʾdhsys ». Vocalia incerta. — [2] Male Baethgen et Delaporte: « die natali »; vide ann. 279. — [3] Minio scr..

gione Persidis desciverant et superaverunt Magos, et occiderunt ex eis circa 20,000 virorum et multitudinem eorum captivos fecerunt, cum duce exercitus eorum[1].

p. 181. *Annus 154 iniit feria 2ª *die* 24° kānun I anni 1082 Graecorum. — Ḥĕnānyešu' episcopus Ḥirae.

Eo Al Manṣūr rex ad Mesopotamiam venit et homines exactionibus acerbis adflixit, et sustinuerunt homines adflictiones duras. Et in Mesopotamiam et Syriam et Assyriam et Babylonem incidit pestis et magnam partem hominum consumpsit; et rebus desperatis fuit salus a Deo.

Annus 155 iniit praeparatione *die* 13° kānun I anni 1083 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo cives Kūfae urbi suae murum aedificare inceperunt et fossam ei fodere. Et eo Ḥasan filius Qaḥṭabae regionem Armeniae invasit.

Annus 156 iniit feria 4ª die 2° kānun I anni 1084 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo fuit princeps festum frequentantium ʿAbbās filius Muḥammad filii ʿAli.

p. 182. *Annus 157 iniit die dominica 21° tešrīn II anni 1085 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Al Manṣūr rex fora Baghdādh Karkham transtulit, et ea expensis thesauri sui aedificavit.

Annus 158 iniit feria 5ª *die* 10° tešrīn II anni 1086 Graecorum. — Ḥĕnānyešu' Bar Sĕduswāy[2]. Muḥammad filius Yahyae.

Eo Constantinus rex Romanorum mortuus est; et regnavit post eum Leo filius eius. Et eo Al Manṣūr rex aegrotavit mense dhū'l ḥigga; et dixit « *Mense* dhū'l ḥigga natus sum, *mense* dhū'l ḥigga circumcisus sum, et *mense* dhū'l ḥigga regnavi, et puto me eo moriturum ». Et mortuus est die praeparationis 6° eius mensis. Et 12 diebus pervenit nuntius ad Muḥammad filium eius qui et Al Mahdi et regnavit feria 4ª die 18° dhū'l ḥigga.

p. 183. *Annus 159 iniit feria 3ª *die* 31° tešrīn I anni 1088[3] Graecorum. — Series temporum catholicorum.

[1] Minio scr.. — [2] Perperam pro « Sĕrušwāy » (ASSEM., *B. O.*, III, I, 261). — [3] Perperam pro « 1087 ».

Eo Ḥĕnānyešu episcopus Lāšum electus est ac catholicus institutus. Et eo Iohannes metropolita Nisibis e carcere exiit et ad sedem rediit.

Annus 160 iniit sabbato *die* 19° tešrīn I anni 1088 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Al Mahdi ad festum profectus est.

Annus 161 iniit feria 4ª die 8° tešrīn I anni 1089 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo fuit princeps festum frequentantium Mūsa filius Mahdi.

Annus 162 iniit feria 2ª *die* 28° īlul anni 1089 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo Ḥasan filius Qaḥṭabae dicionem Romanorum invasit et cum victoria exiit.

*Annus 163 iniit praeparatione *die* 17° īlul anni 1090 Graecorum. — Khuwārizmensis. Series [temporum catholi]corum. p. 184.

Eo Harūn dicionem Romanorum invasit; et tempore exitus eius eum comitatus est Mahdi pater eius; et Harūn a dicione Romanorum cum victoria exiit; et Hierosolyma profectus est. Et eo Timotheus catholicus institutus est die dominica 27° šaʿbān.

Annus 164 iniit feria 4ª *die* 6° īlul anni 1091 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo exiit Mahdi ad festum profecturus; et postquam 4 dies per desertum iter fecit audiit aquam deesse quam biberent qui festum frequentarent et rediit. Et eo ʿAbd al Kabīr filius ʿAbd al Ḥamīd dicionem Romanorum invasit.

Annus 165 iniit die dominica 26° āb anni 1092 Graecorum. — Mu[ḥamma]d filius Yahyae. Kh[uw]ārizmensis.

Eo nix in *urbe* Baghdādh cecidit *ad* duo cubita; et eo Harūn dicionem Romanorum invasit; et usque ad fretum Constantinopolis pervenit.

*Annus 166 iniit feria 5ª *die* 15° āb anni 1093 Graecorum. — Khuwārizmensis. p. 185.

Eo Mūsa filius Mahdi ad regionem Gurgān exiit.

Annus 167 iniit feria 3ª *die* 5° āb anni 1094 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo fuit pestis magna et ʿĪsa filius Mūsae in urbe Kūfa mortuus est. Et fuerunt tenebrae magnae in mundo die 22° dhū'l qaʿda, et pulvis ruber in homines decidebat.

Annus 168 iniit sabbato *die* 27 tāmmuz anni 1095 Graecorum. — Khuwārizmensis.

Eo fuit princeps festum frequentantium ʿAli filius Mahdi.

(*Folia quattuor deperdita sunt*).

. . . .

. . . .

p. 186. *Annus 265 iniit feria 4ª *die* 3° īlul anni 1189 Graecorum. — Series temporum patriarcharum Iacobitarum.

ʿEo Ignatius patriarcha Iacobitarum institutus est feria 5ª die 5° ḥĕzīrān et vixit in patriarchatu 4 annos et 10 menses, et episcopos instituit 26 [1].

Annus 266 iniit die dominica 23° āb anni 1190 Graecorum. — ʿUbaid Allah filius Aḥmad

Eo Musāwir filius ʿAbd al Ḥamīd Ḥarūrita [2] mortuus est mense ramaḍān; et Kartuitae [3] qui vocantur Yaʿqūbitae cum Wāziqitis pro eo constituerunt virum e filiis Taghlib, et occisus est et dispersi sunt qui eum constituerunt.

Annus 269 iniit sabbato *die* 21° tāmmuz anni 1193 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae.

Eo Lūlū servus filii Ṭūlūn a domino descivit, et Ḥālāb exiit cum filio Ṭūlūn pugnaturus. Et filius Ṭūlūn ex Aegypto exiit, comitante exercitu 100,000 *virorum*, cum Lūlū pugnaturus, postquam filios eius vendidit et uxores eius ac concubinas abstulit; et Lūlū ad regem venit.

p. 187. *Annus 270 iniit feria 4ª *die* 10° tāmmuz anni 1194 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Series temporum catholicorum.

Eo filius Ṭūlūn praeses Aegypti mortuus est et stetit post eum Khumārawaih filius eius. Et eo filius Qutaibae scriptor saracenus mortuus est et eo Al Ḥasan filius Zaid ʿAlita praeses Tabaristān mortuus est, et stetit in loco eius Muḥammad frater eius. Et eo obiit Enoš catholicus feria 2ª *die* 3° dhū'l ḥigga.

Annus 271 iniit feria 2ª *die* 29° ḥĕzīrān anni 1195 *Graecorum*. — Muḥammad filius Yahyae. Series temporum catholicorum.

[1] Minio scr., contra regulam sub A. S. 933 positam. — [2] Arab. « Sārita ». — [3] Arab. « Curdi ».

Eo Abū Ayyūb Harūn filius Ibrahīm Hāšimita factus est muḥtasib [1], et cives Baghdādh obolis aeneis uti iussit et paucos dies eis per compulsionem usi sunt et deinde eos omiserunt. Et eo Iohannes filius Narsī episcopus Pīruzšabur [2] electus est et catholicus institutus die dominica 21° gumada II.

*Annus 272 iniit praeparatione *die* 18° ḥĕzīrān anni 1196 p. 188.
Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Abu Gaʿfar al Ṭabari.

Eo cives Baghdādh tumultum fecerunt et contra Christianos rixati sunt proper equitationem equorum et ad monasterium Kĕlīlyešuʿ profecti quidquid in eo *erat* diripuerunt, et res auri et argenti quae in eo erant abstulerunt et everso monasterio trabes vendiderunt et cunctam materiem aedificationis eius. Et hoc fuit secundum sententiam Abū Gaʿfar al Ṭabari anno 271. Et eo fuit terraemotus in Aegypto et mansiones multae eo conciderunt et mosquaea magna; et mortui sunt eo mille animae uno die.

Annus 273 iniit feria 4ª *die* 8° ḥĕzīrān anni 1197 Graecorum. — Abū Gaʿfar al T[aba]ri. Aaron filius .r..dae.

Eo fuit proelium inter Muḥammad filium Abū'l Sāg et Isḥāq
filium Kundāg, in urbe Callinico; *et superavit filius Abū'l Sāg p. 189.
et victus est filius Kundāg. Et hoc fuit feria 3ª die 21° gumada I. Et eo Basilius rex Romanorum occisus est, et regnavit post eum Leo filius eius.

Annus 274 iniit die dominica 28° iyyār anni 1198 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭ[abari.] Series temporum patriarcharum Iacobitarum.

Eo Abū Aḥmad ad Kirmān exiit cum ʿAmr filio Laith pugnaturus. Et eo Saraceni regiones Romanorum invaserunt et captivos fecerunt et praedati sunt et cum victoria exierunt et hoc fuit mense ramaḍān huius anni. ʿEt eo Theodorus patriarcha Iacobitarum institutus est die dominica [3] 5° šĕbāṭ [4].

Annus 275 iniit feria 5ª *die* 16° iyyār anni 1199 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo exiit ʿAbdita quidam Fāris vocatus et ad viciniam Šu-

[1] Praefectus fororum. — [2] Arab. « Al Anbār ». — [3] Arab. « feria 2ª », in quem diem dies 5ᵘˢ februarii huius anni revera incidit. — [4] Minio scr., contra regulam sub A. S. 933 positam.

marrae[1] profectus est et latrocinatus est, et Karkham ingressus diripuit et castra movit et ad urbem Ḥĕdatham adscendit. Et post eum adscendit *vir* quidam Al Ṭāi vocatus et alter cum p. 190. altero pugnaverunt et superavit *Al Ṭāi et victus est Fāris. Et Al Ṭāi ad Tigrim descendit ad ripam occidentalem transiturus et socii Fāris eum adsecuti ratem eius ceperunt; et natando operam dedit et effugit.

Annus 276 iniit feria 3ª *die* 6° iyyār anni 1200 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo collis filiorum Šaqīq scissus est et exierunt in medio eius 7 sepulcra et in eis 7 corpora quorum membra conservata erant ac crines et vestes quibus involuta erant. Et uni eorum crines palpebrarum conservati erant et oculi stibio fucati esse videbantur, et in umbilico eius erat vulnus, et 7 sepulcra in arca ferali magna lapidea erant quae coti similis erat; et in eis erant litterae quae non lectae sunt.

Annus 277 iniit sabbato *die* 26° nisān anni 1201 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo fuit contentio in *urbe* Baghdādh inter Waṣīf eunuchum p. 191. filii *Abū'l Sāg et barbaros[2] socios Abū'l Ṣaqr, et pugnaverunt alteri cum alteris in porta Šām[3], et occisi sunt sociorum Waṣīf 4, et barbarorum 7. Et Abū'l Ṣaqr ad eos egressus est eosque pacavit.

Annus 278 iniit feria 4ª *die* 15° nīsān anni 1202 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo Abū Aḥmad al Muwaffiq filius Muʿtamid morbo podagrae aegrotavit et cum morbus eius increvisset lectum quem 20 viri portabant sibi fabricatus est et eum portantibus dicebat, « Utinam essem ut unus e vobis robustus et in capite portarem », et dicebat etiam, « Sunt 100,000 animarum qui panem meum edunt et alimenta[4] mea accipiunt neque est inter eos qui debilior est quam ego », et post paullum tempus mortuus est.

Annus 279 iniit feria 2ª *die* 3° nīsān anni 1203 Graecorum. p. 192. — *Muḥammad filius Yaḥyae. Abū Gaʿfar al Ṭabari. Series temporum catholicorum.

[1] Sic; arab. « Sāmarrae ». — [2] Sc. Africae septentrionalis indigenas. — [3] Sc. Syriae. — [4] ὀφώνια.

Eo Muʿtamid rex mortuus est et reguavit post eum Al Muʿtaḍid qui et Abū'l ʿAbbās Aḥmad filius Muwaffiq feria 2ª die 20° ragab. Et fecit wazīram suum, ʿAbd Allah filium Sulaiman, et super rem satellitum statuit Badr servum suum. Et eo Aḥmad filius ʿIsae filii Šaikh arcem Marde a Muḥammad filio Isḥāq filii Kundāg abstulit. Et eo obiit Iohannes filius Narsī catholicus die festi Nativitatis[1].

Annus 280 iniit praeparatione *die* 23° ādār anni 1204 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari. Series temporum catholicorum.

Eo luna obscurata est nocte diei 14ⁱ šawwāl; et venit epistula ab *urbe* Dabīl, post purificationem lunae inluxisse, et tenebras super terram perdurasse, et tempore horae 9ae diei flavisse ventum violentum, et post tertiam partem noctis fuisse terraemotum magnum, et domus urbis cecidisse. Et fertur ex illis ruinis exiisse 150,000 cadaverum. Et eo Ioannes catholicus institutus est.

*Annus 281 iniit feria 3ª *die* 12° ādār anni 1205 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari. ʿUbaid Allah filius Aḥmad. p. 193.

Eo Aḥmad filius Muḥammad Al Ṭāi in urbe Kūfa mortuus est et in ea sepultus est. Et eo fontes aquae in Rai et Tabaristān defecerunt. Et eo Muʿtaḍid rex contra filios Šaibanis exiit eosque superavit et multos eorum occidit et possessiones eorum ac domos diripuit; et ad plagam Bēth Nuhadrā adscendit et cepit arcem Ḥamdanis filii Ḥamdūn iuxta coenobium Rabban Afnīmāran.

Annus 282 iniit die dominica 2° ādār anni 1206 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo Muʿtaḍid uxorem cepit filiam Khumārawaih filii Aḥmad filii Ṭūlūn. Et eo occisus est Khumārawaih, quem occidit quidam e servis suis domesticis in lectulo dormientem nocte diei 3ⁱ dhū'l ḥigga; et nuntius caedis eius ad Muʿtaḍid pervenit die 18° eiusdem mensis.

*Annus 283 iniit feria 5ª *die* 19° šĕbāṭ anni 1207 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari. p. 194

Eo Muʿtaḍid ad plagam Mauṣal adscendit propter Harūn Ḥarūritam, et contra eum misit Ḥusain filium Ḥamdanis. Et

[1] Male BAETHGEN et DELAPORTE: 'die natali suo'; cf. p. 33.

cepit Ḥusain viros bellicosos quos elegerat et contra Harūn profectus est eumque a loco in locum insecutus est donec vivum comprehendit; et eum ad Muʿtaḍid adduxit, et Muʿtaḍid Baghdādh descendit; et iussit insterni elephantum eique Harūn superimponi bīrunam [1] in capite portantem.

Annus 284 iniit feria 3ª *die* 8° šĕbāṭ anni 1208 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Feria 5ª die 27° mensis rabīʿ I huius anni fuerunt tenebrae in Aegypto ab hora 9ª usque ad vesperem et rubor magnus p. 195. in caelo, ita ut quando quis in vultum *vicini vel in murum spectabat eos rubros videbat. Et eo definierunt astrologi diluviem in mundo futuram et praesertim in tractu [2] Babylonis ob multitudinem pluviae atque inundationes fluviorum: et mendaces reperti sunt quoniam defecerunt eo pluviae.

Annus 285 iniit sabbato *die* 28° kānun II anni 1209 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo Muʿtaḍid ʿAbd Allah filium Fath filii Khāqanis ad Harūn filium Khumārawaih praesidem Aegypti misit; et pactum fecit cum eo ut ei singulis annis 450,000 denariorum penderet. Et eo Muḥammad filius Yazīd grammaticus saracenus Al Mubarrad appellatus mortuus est. Et eo ventus niger in regione Kūfae flavit nocte diei dominicae 20ⁱ mensis rabīʿ I; et descendit imber effusus cum tonitru ac fulguribus et descenderunt saxa alba et nigra.

p. 196. *Annus 286 iniit ⌜feria 4ª [3] *die* 17° kānun II anni 1210 *Graecorum*. — Abū Gaʿfar al Ṭabari. Historia Ecclesiastica Eliae *episc.* Anbar.

Eo Muʿtaḍid Amidam urbem expugnavit postquam multos dies eam obsedit et postquam incolas eius coarctavit et cum Muḥammad filio Aḥmad filii Šaikh multum pugnavit: et deinde Muḥammad dextram petiit et portam aperuit et Muʿtaḍid urbem ingressus est die dominica 20° gumada I. Et epistulas bonorum nuntiorum ad Baghdādh scripsit, quae advenerunt die 25° eius mensis. Et eo obiit Ioannes catholicus.

Annus 287 iniit feria 2ª *die* 7° kānun II anni 1211 Graecorum. — Historia Ecclesiastica Eliae episcopi Anbar.

[1] Arab. « burnus ». — [2] κλίμα. — [3] Arab. « die sabbato ».

Eo Iohannes episcopus Zabe electus est ac catholicus institutus feria 5ª die 13° ramaḍān. Et eodem die Abrāhām discipulum suum loco suo qui est Zabe episcopum instituit. Et eo cives Sennae Makhīkham eremitam et principem coenobii Bēth ʿĀbe qui ad electionem descenderat elegerunt eumque episcopum eis instituit. Et eo Isrāēl episcopus Dārān institutus est.

*Annus 288 iniit praeparatione *die* 26° kānun I anni 1212 p. 197. Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo ʿUbaid Allah filius Sulaiman filii Wahb wazīra mortuus est, et fecit Muʿtaḍid in loco eius wazīram Qāsim filium eius. Et eo fuit pestis in Adurbīgan donec vestes ad mortuos involvendos defecerunt eosque pannis ac stragulis involvebant neque homines sufficiebant qui involverent. Et eo Romani in regionem Kaisūm egressi plus quam 15,000 animarum Saracenorum captivos fecerunt.

Annus 289 iniit feria 3ª *die* 15° kānun I anni 1213 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae.

Eo Muʿtaḍid mortuus est feria 2ª *die* 23° mensis rabīʿ II; et regnavit post eum Al Muktafi filius eius. Et venit Callinico ad *urbem* Baghdādh feria 2ª die 8° gumada I. *Et invenit Al p. 198. Muktafi qui et Abū Muḥammad ʿAli in aerario regni 10,000,000 denariorum et multitudinem vestium et lapidum pretiosorum et supellectilis et equorum et caballorum [1].

Annus 290 iniit die dominica 5° kānun I anni 1214 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo Skylwn [2] basilicus [3] legatus regis Romanorum ad Muktafi venit, qui munera ac dona praestantia secum habebat; et, quando a Muktafi rediit, munera ac dona secum habebat praestantiora quam ea quae attulit. Et eo Muktafi ad plagam Syriae exiit propter Qarmaṭensem tyrannum.

Annus 291 iniit feria 5ª *die* 24° tešrīn II anni 1215 *Graecorum*. — Muḥammad filius Yahyae. Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo Al Qāsim filius ʿUbaid Allah wazīra mortuus est; et stetit in loco eius Al ʿAbbās filius Al Ḥasan. Et eo Aḥmad filius

[1] Inter ܪ̈ܡܟܐ et ܣܘ̈ܣܘܬܐ distinguere non valeo. Interpres arabs pro « equorum » scribit « mulorum », omisso « supellectilis ». — [2] Vocalia incerta. — [3] βασιλικός.

Yahyae Taghlib grammaticus saracenus mortuus est. Et eo p. 199. *Qarmaṭensis captus est et sociorum eius multi et Baghdādh cum probro introducti sunt et abscissae sunt manus eorum ac pedes, et deinde capita.

Annus 292 iniit feria 3ª die 13° tešrīn II anni 1216 *Graecorum.* — Muḥammad filius Yahyae. Abū Ga'far al Ṭabari. Series temporum catholicorum.

Eo fuit inundatio magna in *urbe* Baghdādh et aquae Tigridis mansiones multas intraverunt. Et eo Andronicus Romanus ad regionem Mar'aš exiit; et congregati sunt cives Maṣṣīṣae [1] ac Tarsi et cum eo pugnaverunt et superavit eos et Abū'l Rigāl filium Abū Bakkār Saracenum occidit. Et eo obiit Iohannes catholicus feria 5ª die 8° ragab.

Annus 293 iniit sabbato *die* 2° tešrīn II anni 1217 Graecorum. — Abū Ga'far al Ṭabari.

Eo Zukaira [2] Qarmaṭensis Kūfam venit; et occidit incolarum eius circiter 20 viros et misit Muktafi copias multas ur- p. 200. bem defensuras; et *Zukaira eis occurrit feria 2ª die 21° dhū'l ḥigga et fuit proelium inter eos totum diem; et vicit Zukaira et cunctos socios sultani occidit, et pauci effugerunt et multi occisis inmisti sunt.

Annus 294 iniit feria 4ª *die* 22° tešrīn I [3] anni 1218 *Graecorum.* — Abū Ga'far al Ṭabari.

Eo Zukaira Qarmaṭensis contra caravanam festum frequentantium egressus pugnavit et vicit et occidit ex eis circa 20,000 animarum; et diripuit atque abstulit quidquid cum eis *erat* et mulieres quas voluerunt; et occisos alium super alium quasi collem magnum coacervavit. Et misit Muktafi Waṣīf Turcam et pugnavit cum Zukaira et vicit eum Waṣīf.

Annus 295 iniit feria 2ª *die* 12° tešrīn I anni 1219 *Graecorum.* — Muḥammad filius Yahyae. Abū Ga'far al Ṭabari.

Eo Muktafi rex mortuus est: et ante mortem mandavit ut frater eius Abū'l Faḍl Ga'far post eum rex esset. Et regnavit Abū'l Faḍl et cognominatus est Al Muqtadir die dominica 13° dhū'l qa'da. Et invenit Al Muqtadir in aerario regni 15,000,000 denariorum.

[1] Sc. Mopsuestiae. — [2] Ṭab. « Zikrwaih ». — [3] Arab. « II ».

*Annus 296 iniit praeparatione *die* 30° īlul anni 1219 *Graecorum.* — Abū Ga'far al Ṭabari. p. 201.

Eo nix in Urbe Pacis descendit die sabbato 26° mensis rabi' I et 24° kānun I anni 1220 Graecorum. Et descendit a diluculo usque ad horam 9am et stetit in terra circa 4 digitos *alta.* Et senes dixerunt se nunquam *rem* similem vidisse in *urbe* Baghdādh.

Annus 297 iniit feria 3ª *die* 19° īlul anni 1220 *Graecorum.* — Abū Ga'far al Ṭabari. Series temporum patriarcharum.

Eo Laith filius 'Ali filii Laith Al Ṣaffār a Muqtadir descivit et Persidem cepit. Et Mūnis eunuchus contra eum exiit et pugnaverunt alter cum altero et Mūnis superavit Laith eumque comprehendit et sociorum eius multos occidit. 'Et eo obiit Dionysius patriarcha Iacobitarum feria 3ª die 18 nīsān [1].

Annus 298 iniit die dominica 9° īlul anni 1221 *Graecorum.* — Muḥammad filius Yahyae. Series temporum patriarcharum Iacobitarum.

Eo Ṣāfi Khurramita mortuus est et ante mortem de seipso testificatus est Qāsim servum suum multum argentum secum habere et mortuo Ṣāfi Qāsim servus eius filio Furāt wazīrae 100,000 denariorum ac 700 vestes eximias pependit. '[Et] eo Io[ha]nnes patriarcha Iacobitarum institutus est die sabbato 21° nīsān [1].

*Annus 299 iniit feria 5ª *die* 29° āb anni 1222 *Graecorum.* p. 202. — Muḥammad filius Yahyae.

Eo filius Abū'l Sāg munus ad Muqtadir misit equos 400 et 30,000 denariorum, et 7 stragula armenia et stragulum unum *cuius* longitudo 60 cubita et latitudo 60 cubita, quod 10 annis confectum est. Et eo 'Ali filius Muḥammad filii Furāt wazīra comprehensus est, et 1,000,000 denariorum ab eo ablata sunt. Et proventus eius erat singulis annis 1,000,000 denariorum. Et fuit wazīra pro eo Abū 'Ali Muḥammad filius 'Ubaid Allah.

Annus 300 iniit feria 2ª *die* 17° āb anni 1223 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Abū Ga'far al Ṭabari.

Eo mula in urbe Qarmīsīn mulam parvam membris perfectam et pulcram peperit [2]. Et eo canes Ma'additarum et lupi insa-

[1] Minio scr., contra regulam sub A. S. 933 positam. — [2] In Cod. Berol. haec notitia A. S. 1222 adscribitur.

nierunt, et homines ac pecudes mordebant, et quemcunque mordebant moriebatur.

Annus 301 iniit sabbato *die* 7° āb anni 1224 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae. Abū Gaʿfar. Series metropolitarum.

Eo Muḥammad filius ʿUbaid Allah a wazīratu amotus est, et fuit pro eo ʿAli filius ʿĪsae. Et eo Ḥusain filius Manṣur Al Ḥallāg crucifixus est qui de seipso famam spargebat se prophe-
p. 203. tam esse et igne combustus est. Et eo *Aḥmad filius Ismāʿīl praeses Khurāsān occisus est quem occidit quidam e servis suis domesticis. Et eo obiit Bokhtyešuʿ metropolita Nisibis.

Annus 302 iniit feria 4ª *die* 27 tāmmuz anni 1225 Graecorum. — Abū Gaʿfar al Ṭabari.

Eo Saraceni ac Romani pugnaverunt et Saraceni vicerunt et ceperunt e Romanis 150 patricios et 2,000 captivorum. Et eo Yānis eunuchus Maʿadditas qui in deserto *sunt* subegit, et occidit ex eis 7,000 virorum et domus eorum diripuit. Et eo Maʿadditae contra eos qui festum frequentabant egressi diripuerunt et abstulerunt quodcunque secum habebant, et 280 mulieres liberas praeter ancillas abstulerunt.

Annus 303 iniit feria 2ª *die* 17° tāmmuz anni 1226 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae.

Eo Ḥusain filius Ḥamdanis comprehensus est qui a sultano desciverat, quem comprehendit Mūnis et Baghdādh introduxit super camelo crucifixum et per vicos urbis cum probro circumductus est.

Annus 304 iniit praeparatione die 5° tāmmuz anni 1227 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae [1].

Eo ʿAli filius ʿĪsae a wazīratu amotus est et fuit pro eo ʿAli filius Muḥammad filii Furāt iterum. Eo [2] duo eremitae presbyter et diaconus in coenobio Rabban Gabrunae absidem [3] in-
p. 204. gressi sunt mysteria consecraturi; et ignis *a thuribulo diaconi egressus in vestibus eius flagravit, et volitavit et in vestibus presbyteri flagravit et ambo combusti sunt, eosque haud rectos fuisse notum est.

Annus 305 iniit feria 3ª *die* 24° ḥězīrān anni 1228 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae.

¹ Alterum fontem christianum omissum esse liquet. — ² In Cod. Berol. haec notitia A. S. 1256 adscribitur. — ³ κόγχη.

Eo legatus regis Romanorum adolescens quidam ad Muqtadir venit et cum eo senex et cum eis 20 equites. Et post dies *aliquot* apud Muqtadir introducti sunt postquam mansiones ac plateae ornatae sunt et milites ac ministri instructi sunt et elephanta ac leones per ordines exierunt. Et adolescenti illi et seni qui cum eo *erat* vicena millia drachmarum dedit et equitibus unicuique secundum ordinem eius.

Annus 306 iniit die dominica 14° ḥězīrān anni 1229 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae. Simeon Iacobita.

Eo Ḥusain filius Ḥamdanis mortuus [1] est dum in carcere degit. Et eo fuit gelu durum et concrevit Euphrates ac Tigris et homines ac pecudes super glaciem spatiati sunt.

Annus 307 iniit feria 5ª *die* 3° ḥězīrān anni 1230 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae.

Eo Mūnis eunuchus ad Aegyptum exiit cum Occidentalibus [2] pugnaturus.

Annus 309 iniit sabbato *die* 12° iyyār anni 1232 Graecorum. [3]

Eo schisma inter Iudaeos Occidentis et Iudaeos *Orientis p. 205.
incidit de calculo festorum eorum: et Iudaei Occidentis initium anni sui feriam 3ᵃᵐ fecerunt et Iudaei Orientis feriam 5ᵃᵐ.

Annus 310 iniit feria 4ª *die* 1° iyyār anni 1233 Graecorum. — Confessio El[i]ae. Simeon Iacobita.

Eo Elias episcopus Pīruzšabur peccatum suum apud Abrāhām catholicum confessus est et confessionem scripsit se peccasse atque errasse eo quod opinaretur Dominum nostrum panem quem die Paschatis benedixit et fregit et discipulis dedit non comedisse. Et eo fuit nix dura in Mesopotamia et homines multi perierunt et pecora innumerabilia.

Annus 311 iniit die dominica 20° nisān anni 1234 Graecorum. — Muḥammad filius Yaḥyae. Series temporum patriarcharum Iacobitarum.

Eo wazīratus ʿAli filio Muḥammad filii Furāt datus est, qui ʿAli filium ʿĪsae accusavit quod amicus esset Qarmaṭensis et argentum multum ab eo postulatum est et deinde in regionem Yaman expulsus est. Et eo Basilius patriarcha [Ia]cobitarum

¹ Seriore manu corr.: « iussu Muqtadir regis occisus ». — ² Sc. Africanis. — ³ Fons non datur.

institutus est die 15° āb et vixit in patriarchatu 11 annos, et 32 episcopos instituit.

Annus 312 iniit praeparatione *die* 9° nīsān anni 1235 Graecorum. — Mu[ḥamma]d filius Yahyae.

Eo Abū Sa'īd Qarmaṭensis contra eos qui festum frequentabant in loco qui vocatur Al Hubīr egressus multos occidit et qui effugerunt fame mortui sunt et comprehensus est Abū'l
p. 206. Haigā *filius Ḥamdanis qui praeses viae Makkāb [1] erat et cepit Qarmaṭensis a festum frequentantibus aurum et argentum ad quantitatem 1,000,000 denariorum et vestes et species alias ad 1,000,000 denariorum. Et eo filius Furāt a wazīratu cessavit, qui Abū'l Qāsim 'Abd Allah datus est.

Annus 313 iniit feria 3ª *die* 29° ādār anni 1236 Graecorum. — Muḥammād filius Yahyae.

Eo Abū'l Qāsim 'Abd Allah filius Muḥammad a wazīratu amotus est, et constitutus est pro eo Abū'l 'Abbās Aḥmad filius Khaṣīb; et ab eis qui comprehensi sunt inciderunt in manus eius 1,000,000 denariorum.

Annus 314 iniit die dominica 18° ādār anni 1237 Graecorum. — Muḥammad filius Yahyae. Collectiones.

Eo Abū'l 'Abbās wazīra a wazīratu amotus est et apprehensus est ipse ac filius eius et constitutus est pro eo 'Ali filius 'Īsae, qui erat tunc in regione Syriae, et post eum missus est Salāma Ṭūlūnita eum adducturus et dum venit pro eo instituerunt 'Abd Allah filium Muḥammad Kalwadhāni. Et eo fuit gelu durum et Tigris concrevit et homines pecudesque spatiati sunt (*sic*).

Annus 315 iniit feria 5ª *die* 8° ādār anni 1238 *Graecorum*. — Muḥammad filius Yahyae.

Eo filius Abū'l Sāg ab *urbe* Wāsiṭ Kūfam versus exiit cum Qarmaṭensi pugnaturus et occurrerunt alter alteri et vicit
p. 207. Qarmaṭensis et cepit filium Abū'l Sāg et *sociorum eius multos occidit, et post dies *aliquot* occidit ⌜Abū'l Sāg [2]. Et eo 'Ali filius 'Īsae a wazīratu amotus est et pro eo constitutus est Abū'l Qāsim Al Faḍl filius Ga'faris.

Annus 317 iniit sabbato *die* 14° šĕbāṭ anni 1240 Graecorum. — Series temporum regum Saracenorum.

[1] Vide ann. 60. — [2] Requiritur « filium Abū'l Sāg ».

Eo Muqtadir a regno amotus est, quod Abū Manṣūr Al Qāhir billah filio Mu'taḍid ope Nāzūk datum est. Et post duo dies occisus est Nāzūk et Abū'l Haigā, et Muqtadir ad regnum reversus est, et amotus est Abū'l Manṣūr filius Mu'taḍid quod fuit feria 2ª die 17° muḥarram.

Annus 320 iniit praeparatione *die* 13° kānun II anni 1243 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Muqtadir rex occisus est, quem occidit filius Yalbaq (?), feria 4ª die 26° šawwāl. Et regnavit post eum Qāhir frater eius qui est Abū Manṣūr Muḥammad filius Mu'taḍid.

Annus 321 iniit feria 3ª *die* 1° kānun II anni 1244 *Graecorum*. — [Thābit filius] Sinanis.

Eo Al Qāhir apprehendit Mūnis et Yalbaq et 'Ali filium Yalbaq eosque in custodia inclusit et post dies *aliquot locum* ubi inclusus erat filius Yalbaq ingressus iussit abscindi caput eius et ad patrem adferri. Et cum vidisset Yalbaq filii caput timuit ac flevit et deinde caput Yalbaq abscissum est *et cum p. 208.
capite filii eius ad Mūnis portatum et deinde occisus est Mūnis.

Annus 322 iniit die dominica 22° kānun I anni 1245 *Graecorum*. — Thābit filius Sinanis.

Eo consenserunt ⌜Sāgiyya et Ḥugariyya [1] et contra Qāhir regem ingressi eum apprehenderunt et a regno amoverunt feria 4ª *die* 6° gumada I et in carcere incluserunt; et Abū'l 'Abbās Muḥammad filium Muqtadir a mansione in qua inclusus erat eductum regem fecerunt, et vocatus est Al Rāḍi.

Annus 323 iniit feria 5ª *die* 11° kānun I anni 1246 *Graecorum*. — Thābit filius Sinanis.

Eo Mardāwīg Dailamita tyrannus praeses regionum Bēth Huzāye occisus est mense rabī' I; quem servi eius per dolum occiderunt. Et mense ḥĕzīrān [2] fuit frigus et multa pluvia cecidit. Et eo Abū'l 'Alā filius Ḥamdanis Rāḍi regi promisit se ad *urbem* Mauṣal adscensurum, contra Nāṣir al daula fratris sui filium, et regionem ei ablaturum. Et adscendit Abū'l 'Alā et occidit eum Nāṣir al daula.

Annus 324 iniit feria 2ª *die* 30 tešrīn II anni 1247 Graecorum. — Thābit filius Sinanis. Series temporum patriarcharum.

[1] Corpora militaria. — [2] Fons christianus suspicandus est.

Eo Abū ʿAli Muḥammad filius Muqlae a wazīratu amotus est et stetit in loco eius ʿAbd al Raḥmān filius ʿĪsae et amotus
p. 209. est et stetit in loco eius Abū Gaʿfar Karkhensis 3 *menses ac dimidium, et stetit post eum Sulaiman filius Ḥasan et eo Yāqūt in *loco* ʿAskar Mukram occisus est. Et eo Iohannes patriarcha Iacobitarum institutus est die dominica 29° āb.

Annus 325 iniit sabbato *die* 19° tešrīn ɪɪ anni 1248 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo descendit Rāḍi et cum eo filius Rāiq ad *urbem* Wāsiṭ propter Barīdi qui in regione Bēth Huzāye desciverat; et nuntium ei miserunt ut copias quae cum eo *erant* ad portam regni mitteret, et argentum aerario penderet: et nisi hoc faceret eum poenas daturum ut dignus esset; et respondit se hoc facturum, et singulis annis 360,000 denariorum ab agris Bēth Huzāye pensurum et reverso rege Barīdi fidem fefellit.

Annus 326 iniit feria 4ª *die* 8° tešrīn ɪɪ anni 1249 Graecorum. — Thābit filius Sinanis. Series temporum catholicorum.

Eo Abū ʿAli filius Muqlae apprehensus est, et manus eius dextera abscissa est, et post dies *aliquot* linguam eius absciderunt; et *in carcere* inclusus est et ob duritiam adflictionis mortuus est. Et eo Emmanuel catholicus institutus est die praeparationis 16° rabīʿ ɪɪ: et ordinationi eius adfuerunt duo tan-
p. 210. tum metropolitae, Lucas *metrop.* Mauṣal *et Yešuʿdad metropolita Ḥalwan, quia metropolitae multi obierant.

Annus 327 iniit die dominica 28° tešrīn ɪ anni 1250 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo adscendit Al Rāḍi rex et Bagkam cum Nāṣir al daula amīra Mauṣal pugnaturi. Et mansit rex in *urbe* Tagrīth et adscendit Bagkam. Et descendit Nāṣir al daula et occurrerunt alter alteri in pago Kuḥail; et superatus Nāṣir al daula per fugam rediit, et Bagkam post eum secutus est usque ad Nisibin; et Nāṣir al daula Amidam profectus est, et rex et Bagkam ad *urbem* Baghdādh redierunt.

Annus 328 iniit praeparatione *die* 18° tešrīn ɪ anni 1251 Graecorum. — Thābit filius Sinanis. [1]

Eo Rukn al daula ad *urbem* Wāsiṭ advenit eam sultano

[1] Fontem christianum omissum esse liquet.

ablaturus: et descendit Rāḍi et Bagkam cum eo pugnaturi, eosque formidavit et ad Ahwāz discessit et inde Ispahān discessit, quam expugnavit et Wašmagīr abstulit. Et eo Matthaeus interpres librorum artis logicae mortuus est die 19° ramaḍān.

Annus 329 iniit feria 3ª *die* 6° tešrīn ɪ anni 1252 *Graecorum.* — Thābit filius Sinanis.

Eo David filius Dailam medicus mortuus est die 5° muḥarram. Et luna obscurata est totam noctem praeparationis *diei* 15ⁱ rabīʿ ɪ. Et nocte sabbati *Al Rāḍi rex mortuus est; et re- p. 211.
gnavit post eum frater eius Al Muttaqi qui est Abū Isḥāq Ibrahīm filius Muqtadir. Et eo Bagkam amīra occisus est mense ragab.

Annus 330 iniit sabbato *die* 25° īlul anni 1252 *Graecorum.* — Thābit filius Sinanis.

Eo Mākān filius Kāki [1] Dailumita (*sic*) occisus est qui in regione Persidis desciverat, dum proelio interest et galeam in capite *gerit.* Et hasta in eum iacta galeam perforavit et in caput pervenit et per alteram partem galeae exiit; et ita per medium vicorum Baghdādh circumlatus est. Et eo fuit fames magna in *urbe* Baghdādh.

Annus 331 iniit feria 5ª die 15° īlul anni 1253 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo rex Romanoram epistulam ad regem Saracenorum scripsit in qua eum rogabat ut sudarium [2] ad eum mitteret quod Christus ad Abgār regem Edessae miserat in quo est Christi imago, ea condicione ut omnes captivos saracenos qui in dicione Romanorum *erant* liberaret. Et Muttaqi rex rectori Edessae mandavit ut sudarium [2] regi Romanorum daret.

Annus 332 iniit feria 2ª *die* 4° īlul anni 1254 *Graecorum.* — Thābit filius Sinanis.

Eo adscendit Muttaqi rex et filius eius et uxores, et wazīra eius eiusque filii, ad plagam Mauṣal ob metum Tūzūn in *urbe* Wāsiṭ tunc commorantis. Et Nāṣir al daula *regi obviam de- p. 212.
scendit eique in *urbe* Tagrīth occurrit; et Tūzūn Baghdādh adscendit et Tagrīth pervenit eamque cepit. Et adscendit rex

[1] Perperam pro « Kāli »; vide IBN AL ATHĪR, VIII, 145 (BAETHGEN). — [2] μανδήλη.

et Nāṣir al daula ad *urbem* Mauṣal, et Tūzūn Baghdādh rediit, et rex Nīsibin fugit.

Annus 333 iniit sabbato *die* 24° āb anni 1255 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Muttaqi rex Callinico Baghdādh descendit, postquam Tūzūn iurare fecit se ei adiutorem fore. Et, cum Anbar pervenisset, Tūzūn ei obviam exiit et descendit eumque veneratus est et manus eius ac pedes osculavit eique ministravit. Et, cum Sindiyam pervenisset, apprehendit Tūzūn Muttaqi et oculos eius caecavit eumque a regno amovit et regnavit post eum Abū'l Qāsim ʿAbd Allah filius Muktafi qui et Al M[us]takfi.

Annus 334 iniit feria 4ª die 13° āb anni 1256 *Graecorum*, — Thābit filius Sinanis.

Eo Abū'l Ḥusain filius Buwaih Baghdādh adscendit et apud Al Mustakfi regem ingressus est feria 5ª die 16° gumada I et cum gaudio receptus est et vocatus est Muʿizz al daula. Et feria 5ª die 21° gumada II Muʿizz al daula ingressus est et regem occidit; et regnavit post eum Abū'l Qāsim Al Faḍl filius Muqtadir et vocatus est Al Muṭīʿ.

Annus 335 iniit die dominica 2° āb anni 1257 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

p. 213. Eo Nāṣir al daula ab *urbe* Mauṣal Nisibin fugit, ante *Takīn Sīrāditam [1], et Takīn post eum secutus est. Et Nāṣir al daula Singaram discessit et Takīn post eum secutus est et Nāṣir al daula Ḥĕdatham descendit, et post eum Takīn, et Muʿizz al daula copias misit quae Nāṣir al daula succurrerent; et eis Šennae occurrit et una adscenderunt et Ḥĕdathae cum Takīn pugnaverunt et Takīn victus fugit et filii Numair eum ceperunt.

Annus 336 iniit praeparatione die 23° tāmmuz anni 1258 *Graecorum*. — Thābit filius Sinanis.

Eo stella crinita in oriente apparuit nocte praeparationis *die* 20° ṣafar et 10 dies perduravit et deinde occultata est. Et eo descendit Al Muṭīʿ rex et Muʿizz al daula ab *urbe* Wāsiṭ Baṣram urbem, eamque a manu Barīdi ceperunt, et Barīdi ante eos fugit.

[1] Perperam pro « Šīrāzitam »; vide IBN AL ATHĪR, VIII, 350 (BAETHGEN). Cf. ann. 351, 360.

Annus 337 iniit feria 3ª *die* 11° tāmmuz anni 1259 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Muʿizz al daula Mauṣal adscendit, et Nāṣir al daula ante eum Nisibin fugit; et deinde fuit pax inter eos ea condicione ut Nāṣir al daula singulis annis 8,000,000 drachmarum penderet et ut obsides daret. Et dedit obsides filios suos Faḍl et Ḥusain. Et Muʿizz al daula Baghdādh descendit et Nāṣir al [da]ula M[au]ṣal rediit.

Annus 338 iniit sabbato *die* 30° ḥĕzīrān anni 1260 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo ʿImād al daula filius Buwaih amīra Persidis mortuus est, *et frater eius Abū ʿAli Rukn al daula profectus res disposuit p. 214.
et regionem in manus Abū'l Šugāʿ Fanāh Khusrau filii sui tradidit.

Annus 339 iniit feria 5ª *die* 20° ḥĕzīrān anni 1261 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Saif al daula dicionem Romanorum invasit cum 30,000 virorum secum haberet et multos captivos abduxit. Et quando rediit Romani angustos montium aditus ante eum occupaverunt et cum eo pugnaverunt eumque superaverunt et cunctum exercitum eius occiderunt et cunctos captivos quos eis abstulerant eripuerunt et ipse evasit et *viri* aliquot numero pauci.

Annus 340 iniit feria 2ª *die* 9° ḥĕzīrān anni 1262 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Qarātakīn tyrannus in regione Persidis subito mortuus est sine dolore ac sine morbo et ferunt eum sex dies et sex noctes continuo vinum bibisse et septimo die *quosdam* eum mortuum invenisse. Et eo Rukn al daula Rai ingressus est. Et eo venditus est panis tritici in *urbe* Baghdādh 20 librae drachma.

Annus 341 iniit praeparatione *die* 28° iyyār anni 1263 *Graecorum*. — Thābit filius Sinanis.

Eo exierunt Romani et usque ad Sĕrug pervenerunt et captivos multos abduxerunt et domos cultus Saracenorum combusserunt et cum victoria redierunt.

*Annus 342 iniit feria 4ª *die* [1]8° iyyār anni 1264 *Grae-* p. 215.
corum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Saif al daula dicionem Romanorum invasit et multos

captivos abduxit et cum victoria exiit et Constantinum filium domestici captivum fecit et eo natus est Abū Isḥāq filius Muʿizz al daula die 9° gumada II.

Annus 343 iniit die dominica 7° iyyār anni 1265 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Saif al daula cum Romanis proelium fecit, et vicit Saif al daula et multos e copiis Romanorum occidit; et multos captivos abduxit et patricios multos et cum victoria exiit.

Annus 344 iniit praeparatione *die* 27° nīsān anni 1266 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Muʿizz al daula filium suum Bakhtyār regno praefecit eumque amīram amīrarum creavit.

Annus 345 iniit feria 3ª *die* 15° nīsān anni 1267 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Romani Tarsum exierunt et incolarum eius 1,800 viros occiderunt et captivos fecerunt et combusserunt et redierunt. Et eo Muʿizz al daula cum Rūzbihane pugnavit eumque superavit ac comprehendit et Baghdādh eductum in Tigride mersit. Et eo Saif al daula dicionem Romanorum invasit et usque Charsianum pervenit et arces multas expuguavit et captivos fecit et valde vastavit et cum victoria rediit.

p. 216. *Annus 346 iniit sabbato *die* 4° nīsān anni 1268 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo aquae maris defecerunt, et 80 *cubita* recesserunt et apparuerunt montes et insulae hactenus ignotae. Et fuit terraemotus in *urbe* Baghdādh et fuerunt magni terraemotus in Rai, et homines multi perierunt.

Annus 347 iniit feria 5ª *die* 26° ādār anni 1269 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Nāṣir al daula argentum Muʿizz al daula pendere tardavit, et Muʿizz al daula contra eum adscendit, et Nāṣir al daula Nisibin fugit, et Muʿizz al daula Nisibin adscendit et Nāṣir al daula Maiferqaṭ fugit et inde Ḥālāb ad fratrem suum, et Muʿizz al daula Mauṣal rediit.

Annus 348 iniit feria 2ª *die* 14° ādār anni 1270 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo fuit pax inter Muʿizz al daula et Nāṣir al daula sese interponente ac spondente Saif al daula, ea condicione ut singulis annis 2,000,000 drachmarum penderet, et 1,000,000 drachmarum statim daret et hoc [pacto] Muʿizz al daula Baghdādh rediit. Et eo Bakht[y]ār vocatus est ʿIzz al daula. Et eo Romani Muḥammad filium Nāṣir al daula ceperunt.

Annus 349 iniit praeparatione *die* 2° ādār anni 1271 Graecorum. — Thābit filius Sinanis. [1]

Eo obiit Emmanuel catholicus die sabbato 7° *ṣafar. Et eo Saif al daula dicionem Romanorum invasit et usque Charsianum pervenit et arces multas expugnavit et combussit ac captivos fecit. Et quando rediit Romani aditus et loca angusta ante eum occupaverunt et omnes qui cum eo erant occiderunt circiter 30,000; et occisus est Mūsa Sy'k'n [2] et Abū Ḥṣṣ [3] iudices et effugit Saif al daula cum 300 equitibus. p. 217.

Annus 350 iniit feria 4ª *die* 20° šĕbāṭ anni 1272 Graecorum. — Series temporum catholicorum. Thābit filius Sinanis.

Eo Israēl catholicus institutus est feria 5ª die 11° mensis rabīʿ II; et vixit in principatu 110 dies et obiit nocte feriae 3ªᵉ *diei* 3ⁱ šaʿbān. Et eodem mense Abū ʿAli procurator [4] Muʿizz al daula mortuus est. Et eo grando vehemens mense šĕbāṭ prope Baghdādh descendit et singuli lapides [5] plus quam duo uncias ponderabant et perierunt pecudes multi ac volucres.

Annus 351 iniit die dominica 9° šĕbāṭ anni 1273 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Abū Šugāʿ Fanāh Khusrau vocatus est ʿAḍud al daulah. Et eo grando in regione Baṭāiḥ descendit et singuli lapides [5] duo libras ponderabant. Et eo Romani Ḥālāb urbem expugnaverunt et multos captivos abduxerunt et cum victoria redierunt.

Annus 352 iniit praeparatione *die* 30° kānun II anni 1274 Graecorum. — Series temporum catholicorum. Thābit filius Sinanis.

Eo ʿAbdīšoʿ catholicus institutus est *feria 4ª die 24° mensis rabīʿ I. Et eo Romanus rex Romanorum occisus est et regnavit Nicephorus filius Leonis. Et eo Muhallabi wazīra mortuus p. 218.

[1] Alium fontem (Seriem temporum catholicorum) omissum esse liquet. — [2] Vocalia incerta. — [3] Perperam pro « Ḥuṣain »; vide FREYTAG, *Sel. ex hist. Halebi*, p. ٩٤, ZDMG, XI, 196 (BAETHGEN). Vocalia hic incerta. — [4] ἐπίτροπος. — [5] ܩܘܦܣܐ hoc sensu lexicis ignotum est.

est; et steterunt in loco eius Abū'l Faḍl Sīrāzita et Abū'l Farag filius Fasāngus.

Annus 353 iniit feria 3^{a} *die* 19° kānun II anni 1275 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Mu'izz al daula contra Nāṣir al daula adscendit et Nāṣir al daula Nisibin fugit, et Nisibi Maiferqaṭ. Et Mu'izz al daula Nisibin adscendit; et 2,700 coros tritici ad Nāṣir al daula pertinentes in ecclesia invenit eosque abstulit et Mauṣal rediit quia audierat Nāsir al daula et filios eius Mauṣal descendisse. Et Nāṣir al daula ab *urbe* Mauṣal Singaram fugit, et Mu'izz al daula Nisibin rediit.

Annus 354 iniit sabbato *die* 7° kānun II anni 1276 Graecorum. — Thābit filius Sinanis. Series temporum patr[ia]r[cha]rum.

Eo grando in *urbe* Baghdādh descendit cuius singuli lapides 100 drachmas ponderabant. Et eo rex Romanorum Tarsum ac Mempsostiam[1] expugnavit et captivos abduxit 200,000 animarum et cum victoria rediit. Et eo Iohannes patriarcha Iacobitarum institutus est die dominica 8° tāmmuz.

Annus 355 iniit feria 5^{a} *die* 28° k[ānu]n I anni 1277 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Romani Amidam exierunt et multos occiderunt ac capti-
p. 219. vos fecerunt *et Daram descenderunt et cives Nisibis ab eis [fugerunt]; et merces asini conducti 100 drachmas attigit. Et eo Romani Antiochiam obsederunt, quam non expugnaverunt: verumtamen multos occiderunt ac captivos fecerunt captivitatem magnam.

Annus 356 iniit feria 2^{a} *die* 17° kānun I anni 1278 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Saif al daula mortuus est mense muḥarram: et Mu'izz al daula mortuus est mense rabī' II; et regnavit post eum 'Izz al daula filius eius. Et eo Abū Taghlib patrem suum Nāṣir al daula comprehendit et adscendit eum*que* in arce Urdumušt inclusit. Et Ḥamdān contra fratrem suum Abū Taghlib iratus est et fuit inter eos inimicitia.

Annus 357 iniit praeparatione *die* 6° kānun I anni 1279 *Graecorum*. — Thābit filius Sinanis.

[1] Sc. Mopsuestiam.

Eo Nāṣir al daula mortuus est die praeparationis 12° mensis rabī' I. Et eo Kāfūr Ikhšādita amīra Aegypti mortuus est; et post eum dominatus est Abū'l Fawāris Aḥmad filius 'Ali filii Ikhšād. Et eo fuit pestis ob dolorem bubonis ac rapinae (*sic*).

Annus 358 iniit feria 4^{a} *die* 25° tešrīn II anni 1280 *Graecorum*. — Thābit filius Sinanis.

Eo luna obscurata est nocte feriae 3^{ae} *diei* 14^{i} [muḥa]rr[am][1]. Et eo Romani exierunt et usque Kĕfartutham pervenerunt et multos occiderunt et captivos multos abduxerunt; *et Emesam p. 220.
profecti eam diripuerunt ac combusserunt. Et luna tota obscurata est fine noctis feriae 5^{ae} *diei* 14^{i} ragab et [obscurata] occidit. Et eo Abū'l Barakāt filius Nāṣir al daula [a] fratre occisus est.

Annus 359 iniit die dominica 14° tešrīn II anni 1281 *Graecorum*. — Thābit filius Sinanis.

Eo Romani Ḥālāb urbem expugnaverunt. Et eo Nicephorus rex Romanorum occisus est et regnavit Ioannes filius [Ši]m[išq]iq[2]. Et eo stella scidit[3] noctu die 23° nīsān et lumen eius ut solis apparebat, et [postea] vox ut tonitrus vehementis audita est. Et eo filius Zūṭi satellitibus praefectus est.

Annus 360 iniit feria 5^{a} *die* 3° tešrīn II anni 1282 Graecorum. — Thābit filius Sinanis.

Eo Abū Taghlib filiam Bakhtyār puellam 3 annorum despondit, cuius patri 100,000 denariorum adsignavit. Et eo Abū'l Farag a wazīratu amotus est, qui Abū'l Faḍl Šīrāzitae datus est. Et eo Abū Taghlib fratrem suum Muḥammad comprehendit et in arce *quadam* in carcere inclusit.

(Folium deperditum est).

. . . .

. . . .

Annus 385 iniit feria 3^{a} *die* 5° šĕbāṭ anni 1306 Graecorum.

Eo obiit Yešu'yahb metropolita Nisibis *sabbato 3° ieiunii. Et p. 221.
eo Yahballāha episcopus Bēth Nuhadrā pro eo institutus est.

[1] Sc. 7° dec., qui in fer. 3^{am} incidit. Hoc die luna revera defecit (Oppolzer, *Canon d. Finsternisse*). — [2] Ex Ibn al Athīr suppl. . — [3] Vocem انقضّ (cecidit) ut انفضّ male legit El. (Baethgen).

⌜Et eo Al ʿAzīz rex Aegypti mortuus est et regnavit post eum Al Ḥākim filius eius.[1]

Annus 386 iniit sabbato *die* 25° kānun II anni 1307 Graecorum.

Eo Muqallad et ʿAli filii Musayyib Mauṣal venerunt et cum Ḥaggag pugnaverunt eumque superaverunt et Mauṣal ceperunt. Et Ḥaggag descendit feria 4ª *die* 20° gumada I. Et exinde Mauṣal a manu regis exiit, et amīrae ʿUqailitarum in eam dominati sunt.

Annus 387 iniit feria 4ª *die* 13° kānun II anni 1308 Graecorum.

Eo Abū ʿAli filius Marwan amīra Amidam profectus est, cuius cives ei obviam exierunt; et per portam urbis ingressum occidit eum *vir* quidam cui nomen ʿAbd al Barr, qui descivit et in urbem dominatus est. Et erat tunc Abū Manṣūr Saʿīd filius Marwan praeses in urbe Gazīra[2]; qui cum audiisset fratrem occisum esse statim Maiferqaṭ cucurrit et in ea regnavit feria 5ª *die* 7° dhū'l qaʿda; et ab eo tempore vocatus est Mumahhid al daula.

Annus 388 iniit feria 2ª *die* 3° kānun II anni 1309 Graecorum.

Eo Ḥusām al daula comprehendit fratrem suum Ganāḥ al daula eumque inclusit. Et comprehendit Abū'l Mufaḍḍil filium Syd'[3] scribam et eunuchum beate mortuum qui erat fratris eius consiliarius[4] eumque occidit et in Tigride mersit.

p. 222. *Annus 389 iniit praeparatione *die* 23° kānun I anni 1310 Graecorum.

Eo Ganāḥ al daula a carcere egressus Mauṣal rediit die sabbato 22° muḥarram. Et eo Abū Saʿīd filius Eliae scriba beate mortuus occisus est. Et eo ʿAbd al Barr tyrannus qui Amidae desciverat occisus est, quem servorum suorum quidam occidit cui nomen ʿUbaid Allah filius Dimnae, qui in urbem dominatus est feria 2ª die 4° šawwāl.

Annus 390 iniit feria 3ª *die* 12° kānun I anni 1311 Graecorum.

Eo David rex Gurzānitarum mortuus est; et Basilius rex Romanorum ad plagam Gurzān exiit et Mumahhid al daula apud

[1] Seriore manu addita. — [2] Vide ann. 3. — [3] Vocalia incerta. — [4] σύγκλητος.

eum ingressus stragulum eius conculcavit et rex eum cum gaudio recepit et magistrum[1] fecit: et fuit pax in limite.

Annus 391 iniit sabbato *die* 1° kānun I anni 1312 Graecorum.

Eo obiit Mārī catholicus nocte sabbati *diei* 28ⁱ muḥarram. Et eo Ḥusām al daula amīra ʿUqailitarum occisus est nocte feriae 4ªᵉ *diei* 23ⁱ ṣafar; et stetit post eum Ḥasan frater eius qui et Sinān al daula, et Muʿtamid al daula filius eius. Et eo Ioannes catholicus institutus est die dominica 5° dhū'l ḥigga.

Annus 392 iniit feria 5ª *die* 20° tešrīn II anni 1313 Graecorum.

Eo Abū'l Ḥusain filius Sahrwai consiliarius[2] *amīrae Muʿtamid al daula occisus est (cuius animae Deus requiem det), quem filius Ḥīri scriba iniustus occidit. Et post 17 dies Abū Bišr frater eius prope Baghdādh urbem regiam in proelio cum Ḥaggag occisus est. ⌜Et eo Mār Elias episcopus institutus est die dominica ineuntis ieiunii 15° šĕbāṭ.[3] p. 223.

Annus 393 iniit feria 3ª *die* 10° tešrīn II anni 1314 Graecorum.

Eo Abū'l ʿAbbās Aethiops praeses ʿAbaddān a Muhaḍḍib al daula amīra regionis Baṭāiḥ descivit et Baṣram urbem cepit et divitias ac copias multas collegit et invaluit ac stabilitus est valde.

Annus 394 iniit sabbato *die* 30° tešrīn I anni 1315 Graecorum.

Eo Abū'l ʿAbbās Aethiops cum copiis multis Baṣra adscendit et Baṭīḥam venit; et Muhaḍḍib ab eo fugit et Baghdādh adscendit et Abū'l ʿAbbās Baṭīḥam ingressus in ea regnavit. Et Muhaḍḍib Baghdādh ingressus est feria 5ª initio ramaḍān. Et hoc ipso die ʿAmīd al Guyūš exiit ab *urbe* Baghdādh ad proelium cum ʿUqailitis et cum Tagrīth pervenisset rex eum vocavit et ad eum descendit.

Annus 395 iniit feria 4ª *die* 18° tešrīn I anni 1316 Graecorum.

Eo luna tota obscurata est hora ultima noctis diei dominicae 14ⁱ mensis ramaḍān et 24ⁱ ḥĕzīrān.

*Annus 396 iniit feria 2ª *die* 8° tešrīn I anni 1317 Graecorum. p. 224.

[1] μάγιστρος. — [2] σύγκλητος. — [3] Seriore manu addita.

Eo quidam e civibus Amidae coniurationem contra filium Dimnae tyrannum fecerunt ut eum occiderent et vulnus ei accidit et evasit et arcem in ea urbe aedificavit. Et fuerunt fruges multae in illa plaga, et qaba tritici quae est 8 makhukhae una drachma vendita est et 3 qabae hordei una drachma et qaba sesami 10 drachmis.

Annus 397 iniit praeparatione *die* 27° ilul anni 1317 Graecorum.

Eo Mrḥ [1] filius Musayyib amīra mortuus est die dominica 14° ṣafar. Et eo fuit schisma inter Christianos Occidentis et Christianos Orientis propter calculum ieiunii ac festorum: et Occidentales initium ieiunii die 17° šĕbāṭ statuerunt, et Orientales die 24° eius et Pascha hoc anno in gumada II incidit.

Annus 398 iniit feria 3ª *die* 16° īlul anni 1318 Graecorum.

Eo obiit Yahballāha metropolita Nisibis feria 4ª die 20° mensis rabī' I.

p. 225. *Annus 399 iniit die dominica 5° īlul anni 1319 Graecorum.

Eo Mār Elias Nisibi metropolita institutus est die dominica 26° kānun I. [2]

Annus 400 iniit feria 5ª *die* 25° āb anni 1320 Graecorum.

Eo Al Ḥākim rex Aegypti ecclesiam magnam Hierosolymis *sitam* erui iussit et Christianos persequi et ecclesias eruere incepit neque in imperio suo ecclesiam Christianis nec synagogam Iudaeis reliquit.

Annus 401 iniit feria 2ª *die* 14° āb anni 1321 Graecorum.

Eo Šarwīn iniustus in amīram beatum Mumahhid al daula dolo usus eum occidit nocte feriae 5ªᵉ *diei* 5ⁱ gumada I et Dominus victoriam dedit Ābu Naṣr fratri Mumahhid al daula et Šarwīn in manum eius tradidit eumque occidit; et fuit amīra et vocatus est Naṣr al daula.

Annus 402 iniit sabbato *die* 4° āb anni 1322 Graecorum.

p. 226. Eo obiit Ioannes catholicus feria 3ª die 10° *gumada II. Et eo amīra victor Naṣr al daula profectus est et Amidam obsedit, et filium Dimnae coarctavit. Et cum vidisset filius Dimnae auxilium sibi deesse se Naṣr al daula submisit: et ingressi rectores ac tributi exactores in urbe dominati sunt et invaluerunt. Et eo

[1] Vocalia incerta. — [2] Haec notitia manu seriore scr. est.

filius Dimnae occisus est, quem civium Amidae quidam occiderunt, et Naṣr al daula urbem tenuit.

Annus 403 iniit feria 4ª *die* 23° tāmmuz anni 1323 Graecorum.

Eo Mār Iohannes catholicus institutus est (Dominus noster vitam eius lenem faciat) feria 4ª die 2° gumada I et hoc ipso die sanctus Gabriel episcopus Arzanenes metropolita Arbelae et Assyriae institutus est. Et hoc ipso anno Abū Naṣr Bahā al daula rex regum mortuus est et regnavit post eum Abū Šugā' filius eius et appellatus est Sulṭān al daula.

Annus 404 iniit feria 2ª *die* 13° tāmmuz anni 1324 Graecorum.

Eo 'Īsa filius Khallāṭ amīra 'Uqailita apprehensus est in *urbe* Tur 'Abdīn et compedibus vinctus et ad amīram Naṣr al daula portatus, et die 28° dhū'l qa'da Maiferqaṭ ingressus est: et Naṣr al daula benigne eum tractavit eumque honoravit et in pace dimisit.

Annus 407 iniit die dominica 10° ḥĕzīrān anni 1327 Graecorum.

Eo Ignatius metropolita Iacobitarum Tagrīth urbis factus est paganus postquam vasa [1] atque ornamenta ecclesiarum Tagrīth furatus est et ad Urbem Pacis descendit; et *in mansione Qādir billah chalifae Saracenorum paganus factus est et appellatus est Abū Muslim et multas uxores cepit. Et eo Abū'l Ḥasan al Khāfi consiliarius [2] Mu'tamid al daula mortuus est. p. 227.

Annus 408 iniit feria 5ª *die* 30° iyyār anni 1328 Graecorum.

Eo Abū'l Ḥasan filius Isrāelis scriba christianus beate mortuus occisus est, quem occiderunt Nisibeni die dominica 17° gumada II. Et Abū'l Faḍl filius Ḥusām al daula amīra, contra cives Nisibis iratus, quosdam ex eis occidit et alios pecunia mulctavit. Et arcem in eadem Nisibi eo anno aedificare incepit.

Annus 409 iniit feria 2ª *die* 19° iyyār anni 1329 Graecorum.

Eo Muhaḍḍib al daula, amīra regionis Baṭīḥae, mortuus est et regnavit post eum Abū'l Ḥusain filius eius *dies paucos et occisus est; et regnavit post eum Abū Muḥammad 'Abd Allah filius sororis Muhaḍḍib. Et eo Basilius rex Romanorum a re- p. 228.

[1] Vel « vestes ». — [2] σύγκλητος.

gione Bulgarorum Constantinopolim rediit cum victoria et gaudio magno. Et eo Abū Šugā' Sulṭān al daula cum gloria ac laude Baghdādh ingressus est. Et eo Al Gālib billah filius Al Qādir billah mortuus est.[1]

[[Fuit nativitas Mār Eliae metropolitae Nisibis auctoris huius libri[2]. Natus est nocte feriae 5ae *diei* 11i mensis šĕbāṭ anni 1286 Graecorum, et erat *dies* 26us gumada I anni 364 Saracenorum. Et institutus est etiam presbyter a Ioanne episcopo Šennae urbis qui fuit postea catholicus. Instituit eum presbyterum primogenitum in coenobio patris Simeonis e regione Šennae, die sabbato, 15° mensis ilul anni 1305 Graecorum; et erat dies 6us mensis ša'bān anni 384 Saracenorum, et ab eodem Ioanne catholico institutus est episcopus primogenitus gregi Bēth Nuhadran[2] die dominica initiali ieiunii p. 229. magni *die* 15° šĕbāṭ *anni 1313 Graecorum et erat dies 29us rabī' I anni 392 Saracenorum. Et ipse etiam Ioannes metropolitam eum Nisibi instituit die dominica 26° kānun I anni 1320 Graecorum; et erat dies 24us rabī' II anni 399 Saracenorum.

Anno 1933 Graecorum obiit peste Mār Timotheus metropolita Amidae et Nisibis et Marde et Ḥesnae et Hierosolymorum. Illo anno fuit pestis magna ab *urbe* Mauṣal usque ad Hierosolyma et sol obscuratus est et rubrum quiddam ut cinis a caelo descendit circa 5 horas. Hic Mār Timotheus sex annos Romae apud papam mansit.

Hic Mār Timotheus 12,000 denariorum aureorum et 15 vestes sacerdotales sive badlāt[3], et duo diademata aurea, a papa tulit. Haec duo diademata cum 5 vestibus apud nos in ecclesia Mār Pethyun Amidae usque hodie asservantur. Haec scripsit Iosēph Tellkīfensis[4] anno 2008 Graecorum.

Anno 660 rex Tatarorum Baghdād descendit, et fuit nomen regis Hūlākū, et Baghdād expugnavit, et trucidavit in ea 3 dies, et regem Baghdād occiderunt, et fuit nomen eius Ga'far.

[1] Hic canon Eliae finitus est. Seqq. serius ab aliis addita sunt. — [2] *Sic.* — [3] Vox arabica « vestimenta », praesertim sacerdotalia. — [4] Patriarcha Chaldaeorum catholicorum. Paragraphus alter tantum a Iosēph scr. est.

Anno 1573 Graecorum filius Badr al dīn in Aegyptum fugit; et eo anno fuit terraemotus super Syros et multi eorum manibus Kartuitarum occisi sunt.

*Anno 1573 Graecorum rex Al Sāliḥ filius Badr al din in p. 230. [Aegyptum] fugit, [et] reversus Al Mauṣil pervenit, et Tatari eum comprehenderunt et in urdū[1] Tatarorum occiderunt, et fuit nomen regis Tatarorum Hūlākū.

Anno 1628 Graecorum fuit fames magna et pestis a Babylone usque ad fluvium Euphratem, et hominum quattuor e novem consumpti sunt, et vir ac mulier liberos suos vendiderunt et pretium eorum comederunt et postea mortui sunt.

Anno 1828 Graecorum patriarcha Iacobitarum Dominum suum abnegavit et fuit Ismaelita intus Marde. Et illo anno metropolita Armeniorum ipse etiam Dominum suum abnegavit et fuit Ismaelita in urbe Marde.

Anno 1573, die dominica cuius antiphona « Gloriationem infinitam »[2] Curdi Christianos trucidaverunt, et perierunt eorum multa millia sine numero.

Anno[3] 1850 Graecorum nostro tempore ac nostris diebus fuit divisio ac contentio inter Christianos propter calculum Paschatis et ieiunii; et alii dominicam Resurrectionis fecerunt die 6° nīsān, et alii die 13° nīsān. Et qui Resurrectionem fecerunt die 6° nīsān sunt hi: Melchitae, et Georgii, et Franci, et Coptitae. Et qui Resurrectionem fecerunt die 13° nīsān hi sunt: Nestoriani, et Iacobitae, et Armenii, *et Aethiopes, hoc p. 231. est Abessini, et Maronitae. Abessinorum tamen alii cum Coptitis festum celebraverunt ob metum eorum quem eis minatus est Aegypti patriarcha, et alii cum posterioribus festum celebraverunt secundum computum eorum. Et lux in ambas partes duobus festis descendit, ut viderunt sacerdotes et diaconi, et eremitae et fideles, qui a plaga Orientis profecti sunt[4] Nestoriani et Iacobitae]].

[1] Sc. castris. — [2] Haec syriace scr. sunt, cetera arabice. Est autem dominica sexta post Resurrectionem. — [3] Haec notitia in Cod. Berol. notitiam A. S. 1318 sequitur. — [4] Ut festa paschalia Hierosolymis peragerent.

INDEX TOMI VII

CORPUS
SCRIPTORUM CHRISTIANORUM ORIENTALIUM
CURANTIBUS
I.-B. CHABOT, I. GUIDI, H. HYVERNAT.

SCRIPTORES SYRI

VERSIO

SERIES TERTIA — TOMUS VIII

ELIAE METROPOLITAE NISIBENI

OPUS CHRONOLOGICUM

PARS POSTERIOR

INTERPRETATUS EST I.-B. CHABOT

ROMAE
EXCUDEBAT KAROLUS DE LUIGI

PARISIIS
CAROLUS POUSSIELGUE BIBLIOPOLA
15, RUE CASSETTE, 15

LIPSIAE: OTTO HARRASSOWITZ

MDCCCCX.

Ope divinae virtutis scribimus partem posteriorem chronographiae compositae a peccatore Elia, metropolita Nisibis. p. 5.

In parte priore huius descriptionis, o frater noster dilecte, – dirigat te Dominus noster ut ei placeas in cogitationibus, verbis et operibus tuis, — exposui omnia quae existimo sufficientia tibi et tui similibus quoad notitiam temporum Patrum et Regum rerumque notabilium in mundo gestarum. Hac autem parte posteriore dispono computationem annorum et festorum; et primum quidem expono mensuras annorum gentium, earumque mensium; deinde pono computationem annorum Aegyptiorum, Syrorum, Arabum et Persarum, et annorum solarium et lunarium; his vero subiungo computationem festorum gentium. Et deprecor Dominum ut me perducat ad finem bonum sua gratia. Amen.

DE MENSURIS ANNORUM GENTIUM.

Tempus anni apud Graecos, Romanos, Syros et Alexandrinos est 365 dierum et sex horarum, quae sunt pars quarta diei. Et ostendit Iacobus Edessenus hanc anni mensuram ab Alexandrinis inventam esse tempore Ptolemaei Philadelphi, regis Aegypti, qui regnare coepit anno 28° Alexandri. Et antequam nota esset haec mensura, et postquam innotuerat annis multis, mensibus lunaribus utebantur Syri; intercalabant qui- p. 6. dem post duos tresve annos unum mensem, ut *intercalant Iudaei, ita ut aequinoctium vernale semper incideret in mensem nīsān. Id evidens est ex eo quod ostendit Ptolemaeus sapiens, in cap. vii° libri xi° operis Megistes: anno 82° Chaldaeorum, seu Alexandri, diem 5^{am} nīsān mensis Chaldaeorum, seu Syrorum, incidisse in diem 14^{am} tybi anni 519^{i} Nebukadnesaris; atqui dies 14^{a} tybi illius anni incidit in initium mensis adār anni 83^{i} Alexandri, ut probat computus Syrorum in hoc tempore. Et quoniam initium *mensis* adār anni Syrorum incidit illo anno in diem 5^{am} ragab mensis Arabum, evidens est Syros illo tempore mensibus lunaribus usos esse. Et quia dies 14^{a} tybi anni 519^{i} Nebukadnesaris, quae est initium mensis adār anni 83^{i} Alexandri, tunc incidit in annum 82um, ut ostendit Ptolemaeus, apparet Syros, tunc temporis anni initium non in tešrīn priore fecisse, ut hoc tempore faciunt, sed post aequinoctium vernale.

Et demonstrat Ptolemaeus in alio scripto, Graecos quoque antiquitus mensibus lunaribus usos esse et annis solaribus; dum intercalabant in unumquemque secundum aut tertium annum unum mensem, ita ut initium anni eorum incideret in certum tempus spatii anni naturalis. Et hoc quoque apparet ex eo quod docet ipse Ptolemaeus capite iii° libri vii^{i} Megistes: diem 5^{am} ṭybi anni 454^{i} Nebukadnesaris in diem 15^{am} p. 7. Ἐλαφηβολιῶνος *mensis noni Atheniensium incidisse. Atqui dies 5^{a} ṭybi illius anni erat dies 9^{a} mensis adār anni 18^{i} Alexandri et 13^{a} ragab mensis Arabum, et 15^{a} mensis lunaris aequabilis, ut probat computatio synodiorum et pleniluniorum quam instituit libro vi° Megistes. Et ostendit etiam (c. vi, l. vii) anno 466° Nebukadnesaris incidisse diem 7^{am} thōth *mensis* illius anni in diem 25^{am} Πυανεψιῶνος mensis septimi Athenien-

sium; atqui dies 7^{a} thōth illius anni incidit in diem 8^{am} tešrīn posterioris anni 30^{i} Alexandri, et 23^{am} ragab mensis Arabum, et 25^{am} mensis lunaris aequabilis, ut probat computatio lunae. Apparet autem ex his et ceteris quae eodem capite consignata sunt, Graecos mensibus lunaribus aequabilibus usos esse, antequam cognovissent hanc mensuram annuam 365 dierum et quartae *diei* partis, et adhuc anno 30° Alexandri apud eos ignotam fuisse hanc computationem, ut etiam Syri anno 83° Alexandri ea nondum utebantur.

Post autem temporis spatium qualecumque ea usi sunt Graeci, Romani et Syri, mensura 365 dierum et quartae *diei* partis. Fecerunt quidem quinque anni menses, qui sunt tešrīn i, et kānūn i, et iyār, et tammūz, et āb, singulos 31 diei; et fecerunt septem reliquos menses, qui sunt tešrīn ii, kanūn ii, šĕbaṭ, adār, nīsan, ḥĕzīrān et īlūl, singulos 30 dierum; et hoc quidem, ut ostendit Georgius Iacobita, episcopus Maʿadenorum, in quadam ex *suis epistulis. Et post temporis spatium quale- p. 8. cumque, detractae sunt a šĕbaṭ dies duae, et additae sunt una ad kānūn ii et altera ad adār. Causam huius rei exponit Georgius, cum aliis, fuisse quod unus e regibus Romanorum, propter magnam laetitiam et victoriam quam reportaverat quodam anno die 29^{a} *mensis* šĕbaṭ, hanc diem initium mensis institui iusserit, initium scilicet mensis adār; et duas dies detractas e mense šĕbaṭ addi alteram ad adār et alteram ad kānūn ii. Et ab illo tempore inventus est šĕbaṭ 28 dierum, et quattuor menses, qui sunt tĕšrīn ii, et nīsān, et ḥĕzīrān, et īlūl, singuli 30 dierum, et septem menses reliqui singuli 31 diei. Hic autem est eorum ordo: duo menses quibus magis quam omnibus anni mensibus praevalet calor et siccitas, et qui incidunt inter solstitium aestivum et aequinoctium autumnale, id est tammūz et āb, habent singuli 31 diem, quia solis cursus in aestate tardior est quam in autumno; et duo menses his ambobus finitimi, id est ḥĕzīrān et īlūl, habent singuli 30 dies: et duo menses his ambobus finitimi, id est īyār et tešrīn i, habent singuli 31 diem; et duo menses his ambobus contigui, id est nīsān et tešrīn ii, habent singuli 30 dies; et duo menses his ambobus finitimi, id est adār et kānūn i, singuli 31 diem; et duorum mensium reliquorum, qui sunt kānūn ii et šĕbaṭ, alter, nempe kānūn ii, *31 diem, alter, id est šĕbaṭ, 28 dies continet, propter causam p. 9.

quam diximus. Sunt autem quidam e doctoribus qui putant propter computationem Ieiunii šĕbaṭ 28 dierum factum esse et duos dies ab eo demptas utrique kānūn additas esse. Quod verum non est; nam notum est ex antiquis de medicina et de agricultura scriptis, mensem šĕbaṭ 28 dierum fuisse antequam ordinaretur computatio Ieiunii.

Alexandrini autem faciebant olim anni spatium 365 dierum, ut Aegyptii et Persae, et ab anno 5° regni Augusti in Aegyptios, qui est annus 287us Alexandri, coeperunt in quartum quemque annum unam diem intercalare, ut Syri, Graeci et Romani. Et quoniam incidit initium thōth mensis primi eorum anni, et anni *Aegyptiorum*, eo anno in diem 29am āb, invenitur illud semper in hanc diem incidere; et quoniam menses eorum antehac erant singuli 30 dierum, eos reliquerunt ita ut fuerant, sine additione aut subtractione, et quinque dies excurrentes posuerunt in fine anni, et quarto quoque anno fecerunt eas sex propter diem intercalarem.

Tempus autem annuum apud Aegyptios antiquos et Persas et Armenos est 365 dierum, et ostendit Ptolemaeus sapiens Aegyptios tempus sui anni ita constituisse ut circumagerentur singula eorum festa per omnia anni naturalis tempora.

(*Lacuna in codice*) [1].

[*Adnotatio editoris in duas sequentes tabulas.* — Sunt autem canones exhibentes summam dierum in annis arabicis. Eorum usus talis est: Quando volumus scire quot sunt dies in definito numero annorum arabicorum dividimus annos istos per triginta, et quod superest, minus quam triginta, quaerimus in canone annorum simplicium; deinde detrahimus illos annos simplices e summa annorum arabicorum, et quod superest quaerimus in canone annorum collectorum; numerum autem dierum ibi inventum addimus supra numerum in altero canone inventum, et sic habemus summam dierum cum partibus excedentibus. Ratio autem cur anni simplices sunt xxx, haec est: cum partes excedentes in anno sint quinta et sexta pars diei, post triginta annos illae partes perfectum et aequabilem numerum dierum efformant, scilicet undecim dies].

[1] Lacuna satis ampla; desunt fortasse folia xv. Vide praefationem ad textum syriacum.

Anni collecti	Dies	Anni collecti	Dies	Anni collecti	Dies	Anni collecti	Dies
30	10.631	660	233.882	1290	457.133	1920	680.384
60	21.262	690	244.513	1320	467.764	1950	691.015
90	31.893	720	255.144	1350	478.395	1980	701.646
120	42.524	750	265.775	1380	489.026	2010	712.277
150	53.155	780	276 406	1410	499.657	2040	722.908
180	63.786	810	287.037	1440	510 278	2070	733.539
210	74.417	840	297.668	1470	520.919	2100	744.170
240	85.048	870	308 299	1500	531.550	2130	754.801
270	95.679	900	318.930	1530	542 181	2160	765.432
300	106.310	930	329.561	1560	552.812	2190	776.063
330	116.941	960	340 192	1590	563.443	2220	786.694
360	127.572	990	350.823	1620	574.074	2250	797.325
390	138 203	1020	361.454	1650	584.705	2280	807.956
420	148.834	1050	372 085	1680	595.336	2310	818.587
450	159.465	1080	382.716	1710	605.967	2340	829.218
480	170.096	1110	393.347	1740	616.598	2370	839.849
510	180.727	1140	403.978	1770	627.229	2400	850.480
540	191.358	1170	414.309	1800	637.860	2430	861 111
570	201.989	1200	425.240	1830	648.491	2460	871.742
600	212.620	1230	435.871	1860	659.122	2490	882 373
630	223.251	1260	446 502	1890	669.753	2520	893.004

Anni simplices	Dies	Partes diei		Anni simplices	Dies	Partes diei	
1	354	$\frac{1}{5}+\frac{1}{6}$	[= $\frac{11}{30}$	16	5.669	$\frac{2}{3}+\frac{1}{5}$	[= $\frac{26}{30}$
2	708	$\frac{2}{3}+\left(\frac{1}{10}\times\frac{2}{3}\right)$	[= $\frac{22}{30}$	17	6.024	$\frac{1}{5}+\left(\frac{1}{10}\times\frac{1}{3}\right)$	[= $\frac{7}{30}$
3	1.063	$\frac{1}{10}$	[= $\frac{3}{30}$	18	6.378	$\frac{1}{2}+\frac{1}{10}$	[= $\frac{18}{30}$
4	1.417	$\frac{2}{5}+\left(\frac{1}{10}\times\frac{2}{3}\right)$	[= $\frac{14}{30}$	19	6.732	$\frac{2}{3}+\frac{1}{5}+\frac{1}{10}$	[= $\frac{29}{30}$
5	1.771	$\frac{1}{2}+\frac{1}{3}$	[= $\frac{25}{30}$	20	7.087	$\frac{1}{3}$	[= $\frac{10}{30}$
6	2.126	$\frac{1}{5}$	[= $\frac{6}{30}$	21	7.441	$\frac{1}{2}+\frac{1}{5}$	[= $\frac{21}{30}$
7	2.480	$\frac{1}{2}+\left(\frac{1}{10}\times\frac{2}{3}\right)$	[= $\frac{17}{30}$	22	7.796	$\frac{1}{10}\times\frac{2}{3}$	[= $\frac{2}{30}$
8	2.834	$\frac{1}{2}+\frac{1}{3}+\frac{1}{10}$	[= $\frac{28}{30}$	23	8.150	$\frac{1}{3}+\frac{1}{10}$	[= $\frac{13}{30}$
9	3.189	$\frac{1}{5}+\frac{1}{10}$	[= $\frac{9}{30}$	24	8.504	$\frac{4}{5}$	[= $\frac{24}{30}$
10	3.543	$\frac{2}{3}$	[= $\frac{20}{30}$	25	8.859	$\frac{1}{6}$	[= $\frac{5}{30}$
11	3.898	$\frac{1}{10}\times\frac{1}{3}$	[= $\frac{1}{30}$	26	9.213	$\frac{1}{3}+\frac{1}{5}$	[= $\frac{16}{30}$
12	4.252	$\frac{2}{5}$	[= $\frac{12}{30}$	27	9.567	$\frac{1}{2}+\frac{1}{3}+\left(\frac{1}{10}\times\frac{2}{3}\right)$	[= $\frac{27}{30}$
13	4.606	$\frac{2}{3}+\frac{1}{10}$	[= $\frac{23}{30}$	28	9.922	$\frac{1}{6}+\frac{1}{10}$	[= $\frac{8}{30}$
14	4.961	$\frac{1}{10}+\left(\frac{1}{10}\times\frac{1}{3}\right)$	[= $\frac{4}{30}$	29	10.276	$\frac{1}{3}+\frac{1}{5}+\frac{1}{10}$	[= $\frac{19}{30}$
15	5.315	$\frac{1}{2}$	[= $\frac{15}{30}$	30	10.631	0	

p. 12. *De constructione canonis expediti [1] exhibentis initium [2] annorum et mensium Syrorum per dies hebdomadae.

Cum viderunt primi qui disposuerunt computationem initii annorum syrorum, annum syrum constare diebus 365 et quarta *diei* parte, et viderunt colligi ex illa quarta excedente unam diem post quattuor annos, ordinarunt cyclum quattuor annorum e quo discerent qui annus sit aequabilis et qui intercalaris; fecerunt quidem tres annos huius cycli aequabiles quorum unusquisque diebus 365 constaret, et unum annum intercalarem qui 366 diebus constaret.

Et quia in tempus quo inceperunt uti hac mensura annua, id est 365 diebus cum quarta parte, incidit annus tertius cycli quattuor annorum in aera Alexandri, intercalaris, accidit ut annus tertius uniuscuiusque cycli sit intercalaris, ceteri vero aequabiles. Cum autem viderunt dies horum quattuor annorum, quae sunt dies 1.461, non dividi in hebdomadas perfectas et aequabiles, multiplicarunt eos per septem, et obtinuerunt cyclum XXVIII annorum, qui constat diebus 10.227, quae si dividantur in hebdomadas, inveniuntur hebdomadae aequabiles.

Et quia quique tertius annus in cyclo quattuor annorum Alexandri est intercalaris, inveniuntur septem anni intercalares in cyclo XXVIII annorum, ceteri vero aequabiles. Intercalares p. 13 sunt tertius, septimus, *undecimus, quintus decimus, undevicesimus, vicesimus tertius et vicesimus septimus; ceteri autem sunt aequabiles.

Et cum voluerunt ordinatores supputationis scire initium annorum et mensium Syrorum per dies hebdomadae ope canonis expediti, disposuerunt columnam XXVIII annorum et lineas quae procedunt e regione uniuscuiusque anni contra singulos menses; et apposuerunt e regione anni primi et mensis primi, scilicet tešrīn I, signum II: quia annus primus aerae Alexandri, secundum Syros, incepit feria secunda. Et quia annus primus erat aequabilis, supra eius initium addiderunt unum et invenerunt initium anni secundi, scilicet feriam tertiam; et quia annus secundus erat pariter aequabilis, addiderunt supra eius initium unum, et invenerunt initium anni tertii, scilicet feriam quartam; et quia annus tertius erat intercalaris, addiderunt supra eius initium duo, et invenerunt initium anni quarti, nempe feriam sextam. Et hoc modo addiderunt supra initium cuiuscumque anni aequabilis unum et supra initium cuiuscumque anni intercalaris duo, et invenerunt initium anni sequentis. Et ratio ob quam addiderunt supra initium anni aequabilis unum, et supra initium anni intercalaris duo, haec est: cum dies anni aequabilis, quae sunt 365, dividimus per hebdomadas, superest una, et cum dividimus dies anni intercalaris, quae sunt 366, per hebdomadas, remanent duae.

[1] πρόχειρος. — [2] Ad litt.: « ingressum »; et sic postea.

Et postquam posuerunt contra quemque annum eius initium, cum voluerunt apponere contra quemque mensem eius initium, addiderunt initium tešrīn prioris supra numerum *dierum huius p. 14. mensis, et summam collectam diviserunt per hebdomadas et eis occurrit initium mensis tešrīn posterioris; et addiderunt initium tešrīn posterioris supra numerum dierum huius mensis et diviserunt summam per hebdomadas, et occurrit eis initium *mensis* kānūn prioris; et ita fecerunt pro singulis anni mensibus.

Cum igitur scire volumus qua die incipiat annus aut quidam mensis Syrorum, dividimus annos Alexandri per XXVIII; quod autem remanet quaerimus in columna XXVIII annorum et procedimus in linea huius anni contra mensem quem volumus, et invenimus eius initium.

Si autem illud scire volumus secundum aeram Nebukadnesaris, debemus addere supra annos Nebukadnesaris XII annos, et facere in summam inventam quod facimus in annos Alexandri.

p. 15.

Canon initii annorum et mensium Syrorum per dies hebdomadae.

Columna annorum XXVIII	tešrīn I	tešrīn II	kānūn I	kānūn II	šĕbāṭ	adār	nīsān	īyār	ḥezīrān	tammūz	āb	īlūl
1	II	V	VII	III	VI	VI	II	IV	VII	II	V	I
2	III	VI	I	IV	VII	VII	III	V	I	III	VI	II
3	IV	VII	II	V	I	II	V	VII	III	V	I	IV
4	VI	II	IV	VII	III	III	VI	I	IV	VI	II	V
5	VII	III	V	I	IV	IV	VII	II	V	VII	III	VI
6	I	IV	VI	II	V	V	I	III	VI	I	IV	VII
7	II	V	VII	III	VI	VII	III	V	I	III	VI	II
8	IV	VII	II	V	I	I	IV	VI	II	IV	VII	III
9	V	I	III	VI	II	II	V	VII	III	V	I	IV
10	VI	II	IV	VII	III	III	VI	I	IV	VI	II	V
11	VII	III	V	I	IV	V	I	III	VI	I	IV	VII
12	II	V	VII	III	VI	VI	II	IV	VII	II	V	I
13	III	VI	I	IV	VII	VII	III	V	I	III	VI	II
14	IV	VII	II	V	I	I	IV	VI	II	IV	VII	III
15	V	I	III	VI	II	III	VI	I	IV	VI	II	V
16	VII	III	V	I	IV	IV	VII	II	V	VII	III	VI
17	I	IV	VI	II	V	V	I	III	VI	I	IV	VII
18	II	V	VII	III	VI	VI	II	IV	VII	II	V	I
19	III	VI	I	IV	VII	I	IV	VI	II	IV	VII	III
20	V	I	III	VI	II	II	V	VII	III	V	I	IV
21	VI	II	IV	VII	III	III	VI	I	IV	VI	II	V
22	VII	II	V	I	IV	IV	VII	II	V	VII	III	VI
23	I	IV	VI	II	V	VI	II	IV	VII	II	V	I
24	III	VI	I	IV	VII	VII	III	V	I	III	VI	II
25	IV	VII	II	V	I	I	IV	VI	II	IV	VII	III
26	V	I	III	VI	II	II	V	VII	III	V	I	IV
27	VI	II	IV	VII	III	IV	VII	II	V	VII	III	VI
28	I	IV	VI	II	V	V	I	III	VI	I	IV	VII

*De constructione canonum expeditorum ad inveniendum initium annorum et mensium Aegyptiorum et Persarum per dies hebdomadae. p. 16.

Cum autem tempus anni apud Aegyptios et Persas non includat partes excedentes diei, ut accidit in tempore anni Syrorum, et tempore anni Arabum, inde fit ut initium annorum et mensium Aegyptiorum et Persarum volvatur in cyclo septem annorum, secundum numerum dierum hebdomadae. Et quia dies anni apud eos sunt 365, et cum dividuntur per hebdomadas superest una dies, inde fit ut initium cuiuscumque anni sit dies proxime sequens diem qua incipiebat annus superior. Idcirco canon indicans initium annorum et mensium Aegyptiorum ordinandus est septem lineis secundum numerum septem annorum; et similiter canon indicans initium annorum et mensium Persarum.

Et posuerunt ordinatores canonis indicantis initium annorum et mensium Aegyptiorum contra annum primum et mensem primum signum IV, quia annus primus aerae Nebukadnesaris incepit feria quarta; et addiderunt quidem supra initium anni primi unum, et invenerunt initium anni sequentis, propter rationem quam ostendimus. Et eo modo addiderunt supra initium cuiuscumque anni unum, et invenerunt initium anni sequentis. Et postquam posuerunt contra unumquemque annum initium eius, cum voluerunt apponere contra unumquemque mensem eius initium, addiderunt initium mensis primi supra numerum dierum eiusdem mensis et diviserunt summam inventam per hebdomadas, et superfuit eis initium mensis secundi. Et ita fecerunt pro singulis anni mensibus.

Cum autem annus primus aerae Iazdegerdis inceperit feria tertia, apposuerunt contra *annum primum et mensem primum p. 17
in canone indicante initium annorum et mensium Persarum signum III, et posuerunt contra singulos annos et singulos menses signum indicans eorum initium, secundum methodum *adhibitam* in canone annorum et mensium Aegyptiorum.

Itaque, cum scire volumus qua die incipiat annus Aegyptiorum aut unus ex eorum mensibus, dividimus annos Nebukadnesaris

per septem; quod autem superest quaerimus in columna septem annorum in canone indicante initium annorum et mensium Aegyptiorum; et procedimus in linea huius anni contra mensem quem quaerimus, et invenimus eius initium. Et si volumus scire qua die incipiat annus Persarum, aut unus ex eorum mensibus, dividimus annos Iazdegerdis per septem, et quod superest quaerimus in columna septem annorum in canone indicante initium annorum et mensium Persarum, et procedimus in linea huius anni contra mensem quem quaerimus, et invenimus eius initium.

Canon ostendens initium annorum et mensium Aegyptiorum per dies hebdomadae.

Columna VII annorum	thōth	phaōphī	athyr	choiac	tybī	mechīr	phamenōth	pharmūthī	pachōn	paynī	epiphī	mesōrī
1	IV	VI	I	III	V	VII	II	IV	VI	I	III	V
2	V	VII	II	IV	VI	I	III	V	VII	II	IV	VI
3	VI	I	III	V	VII	II	IV	VI	I	III	V	VII
4	VII	II	IV	VI	I	III	V	VII	II	IV	VI	I
5	I	III	V	VII	II	IV	VI	I	III	V	VII	II
6	II	IV	VI	I	III	V	VII	II	IV	VI	I	III
7	III	V	VII	II	IV	VI	I	III	V	VII	II	IV

p. 18. Canon ostendens initium annorum et mensium Persarum per dies hebdomadae.

Columna VII annorum	farwardīnmāh	ardibahištmāh	khurdādhmāh	tīrmāh	murdādhmāh	šahrīrmāh	mihrmāh	ābānmāh	ādhārmāh	daimāh	bahmanmāh	isfandārmāh
1	III	V	VII	II	IV	VI	I	III	III	V	VII	II
2	IV	VI	I	III	V	VII	II	IV	IV	VI	I	III
3	V	VII	II	IV	VI	I	III	V	V	VII	II	IV
4	VI	I	III	V	VII	II	IV	VI	VI	I	III	V
5	VII	II	IV	VI	I	III	V	VII	VII	II	IV	VI
6	I	III	V	VII	II	IV	VI	I	I	III	V	VII
7	II	IV	VI	I	III	V	VII	II	II	IV	VI	I

De constructione canonis indicantis initium annorum Arabum.

Cum viderunt antiqui, qui ordinarunt computationem initii annorum Arabum, annum Arabum constare 354 diebus cum quinta et sexta parte diei, et cum viderunt ex his partibus excedentibus, scilicet quinta et sexta diei, post triginta annos, undecim dies constare, disposuerunt cyclum XXX annorum e quo discernerent qui sint anni aequabiles, et qui sint intercalares. Et fecerunt XIX annos huius cycli aequabiles, qui constant singuli 354 diebus, et XI intercalares, qui constant singuli 355 diebus.

Cum autem initium anni primi aerae eorum inciderit postquam elapsae erant ab illa die, * quae incipit ab occasu solis, p. 19. partes undeviginti ex sexaginta partibus diei, secundum eorum computationem, inde factum est ut omnis annus in quo partes excedentes et partes illae undeviginti diei, quae elapsae erant ante initium anni primi, simul collectae diem integram efformant sit annus intercalaris, ceteri vero aequabiles. Et ideo omnis annus cuius finis occurrit ab occasu solis ad completionem horarum octo cum horae partibus quintis quattuor (48′), seu quinta et sexta parte diei, est intercalaris; omnis autem annus cuius finis accidit a praedicto termino ad occasum solis aequabilis est. Itaque inveniuntur annus secundus, quintus, octavus, undecimus, decimus tertius, decimus sextus, undevicesimus, vicesimus primus, vicesimus quartus, vicesimus septimus et trigesimus esse intercalares; ceteri vero aequabiles.

Cum autem viderunt dies horum triginta annorum, quae sunt 10.631 dies, non dividi in hebdomadas perfectas et aequabiles, multiplicarunt eas per septem, et obtigit eis cyclus annorum CCX, cuius dies sunt 74.417, quae cum dividuntur per hebdomadas dant hebdomadas perfectas.

Et cum voluerunt ordinatores computationis scire initium annorum et mensium Arabum, ope canonis expediti, disposuerunt canonem CCX annorum; et apposuerunt sub numero cuiusque anni signum eius initii. Cum autem annus primus inceperit feria sexta, posuerunt sub eius numero signum VI, quod significat * feriam sextam; et quia annus primus erat p. 20.

aequabilis, supra eius initium addiderunt quattuor, et occurrit eis initium anni secundi, id est feria tertia; et quia annus secundus erat intercalaris, supra eius initium addiderunt quinque, et occurrit eis initium anni tertii, id est dominica. Et eo modo supra initium cuiusque anni aequabilis addiderunt quattuor, et supra initium cuiusque anni intercalaris quinque, et eis obtigit initium anni sequentis. Ratio autem propter quam addiderunt quattuor supra initium anni aequabilis, et quinque supra initium anni intercalaris, haec est: quando dividimus dies anni aequabilis, quae sunt 354 dies, per hebdomadas, remanent quattuor; quando vero dividimus dies anni intercalaris, quae sunt 355, per hebdomadas, remanent quinque.

Quando igitur scire volumus ex hoc canone qua die incipiat annus Arabum, dividimus annos aerae eorum per CCX, et quod superest quaerimus in canone, et invenimus sub numero illo qui nobis superfuit, initium huius anni. Si autem volumus scire initium alicuius mensis, addimus signum huius mensis supra initium anni, et detrahimus e summa septem, si sint: quod autem superest est *signum diei* qua incipit mensis ille.

[*Canonem damus pagina sequenti*].

p. 22. *Cum autem scire volumus signum alicuius mensis, sumimus dies mensium perfectorum a principio anni usque ad mensem cuius signum scire volumus; illas *dies* dividimus per hebdomadas, et quod superest est signum mensis de quo quaerimus. Et hac ratione disposuimus canonem signorum mensium Arabum.

Menses Arabum	muḥarrām	ṣafar	rabīʿ I	rabīʿ II	gumāda I	gumāda II	ragab	šaʿbān	ramaḍān	šawwāl	dhū 'l-qa'da	dhū 'l-ḥigga
Signa mensium	0	II	III	V	VI	I	II	IV	V	VII	I	III

p. 21.

Anni	Dies hebdomadae	Anni	Dies hebdomadae	Anni	Dies hebdomadae	Anni	Dies hebdomadae	Anni	Dies hebdomadae	Anni	Dies hebdomadae
1	VI	36	V	71	III	106	II	141	I	176	VII
2	III	37	II	72	I	107	VII	142	VI	177	IV
3	I	38	VI	73	V	108	IV	143	III	178	II
4	V	39	IV	74	III	109	I	144	VII	179	VI
5	II	40	I	75	VII	110	VI	145	V	180	III
6	VII	41	V	76	IV	111	III	146	II	181	I
7	IV	42	III	77	II	112	I	147	VI	182	V
8	I	43	VII	78	VI	113	V	148	IV	183	III
9	VI	44	V	79	III	114	II	149	I	184	VII
10	III	45	II	80	I	115	VII	150	V	185	IV
11	VII	46	VI	81	V	116	IV	151	III	186	II
12	V	47	IV	82	III	117	I	152	VII	187	VI
13	II	48	I	83	VII	118	VI	153	V	188	III
14	VII	49	V	84	IV	119	III	154	II	189	I
15	IV	50	III	85	II	120	VII	155	VI	190	V
16	I	51	VII	86	VI	121	V	156	IV	191	II
17	VI	52	V	87	III	122	II	157	I	192	VII
18	III	53	II	88	I	123	VII	158	V	193	IV
19	VII	54	VI	89	V	124	IV	159	III	194	II
20	V	55	IV	90	II	125	I	160	VII	195	VI
21	II	56	I	91	VII	126	VI	161	IV	196	III
22	VII	57	V	92	IV	127	III	162	II	197	I
23	IV	58	III	93	II	128	VII	163	VI	198	V
24	I	59	VII	94	VI	129	V	164	IV	199	II
25	VI	60	IV	95	III	130	II	165	I	200	VII
26	III	61	II	96	I	131	VI	166	V	201	IV
27	VII	62	VI	97	V	132	IV	167	III	202	II
28	V	63	IV	98	II	133	I	168	VII	203	VI
29	II	64	I	99	VII	134	VI	169	IV	204	III
30	VI	65	V	100	IV	135	III	170	II	205	I
31	IV	66	III	101	I	136	VII	171	VI	206	V
32	I	67	VII	102	VI	137	V	172	IV	207	II
33	VI	68	IV	103	III	138	II	173	I	208	VII
34	III	69	II	104	I	139	VI	174	V	209	IV
35	VII	70	VI	105	V	140	IV	175	III	210	I

De constructione canonis indicantis initium annorum Aegyptiorum per dies mensium Syrorum.

Cum annus aegyptius brevior sit anno syro quartam *partem* diei, anni aegyptii 1461 inveniuntur *esse idem ac* 1460 anni syri. Cum autem annus primus Nebukadnesaris inceperit die vicesima sexta *mensis* šĕbaṭ, posuimus sub anno primo huius canonis diem vicesimam sextam *mensis* šĕbaṭ; et quia hic annus erat aequabilis, incepit annus aegyptius subsequens eadem die, et quia annus secundus erat pariter aequabilis incepit annus tertius Aegyptiorum eadem quoque die; et quia annus tertius erat intercalaris, incepit annus quartus Aegyptiorum die vicesima quinta **mensis* šĕbaṭ; et sic, quivis annus aegyptius qui incipit post diem quam intercalant Syri, habet initium in mensibus Syrorum una die ante diem qua incipiebat superior annus aegyptius, et eadem die incipiunt quoque tres anni subsequentes, excepto anno qui incipit die vicesima nona *mensis* šebaṭ, quod non accidit duobus annis proxime sequentibus. Et secundum hanc methodum disposuimus hunc canonem.

Quando autem scire volumus quo mense syriaco et quota die in eo incipiat annus Aegyptiorum, dividimus annos Nebukadnesaris per quinquaginta, et quod superest minus quam quinquaginta, quaerimus in linea annorum simplicium; deinde detrahimus illos annos simplices e summa annorum Nebukadnesaris, et quod superest sumimus inter annos collectos, et procedimus in ista linea annorum collectorum donec perveniamus contra numerum qui nobis remansit ex annis simplicibus: quod autem nobis occurrit contra istos duos numeros indicat initium anni aegyptii. Et si sint anni Nebukadnesaris plus quam 1461, detrahere debemus ex eis annos 1461, et sic facere in eos qui supersunt ut supra exposuimus.

[*Canonem e regione appositum habes*].

Anni collecti		50	100	150	200
Anni simplices	šĕbāṭ	šĕbāṭ	šĕbāṭ	kanūn II	kanūn II
1	26	14	1	20	7
2	26	13	1	19	7
3	26	13	1	19	7
4	25	13	[kanun II] 31	19	6
5	25	13	31	19	6
6	25	12	31	18	6
7	25	12	31	18	6
8	24	12	30	18	5
9	24	12	30	18	5
10	24	11	30	17	5
11	24	11	30	17	5
12	23	11	29	17	4
13	23	11	29	17	4
14	23	10	29	16	4
15	23	10	29	16	4
16	22	10	28	16	3
17	22	10	28	16	3
18	22	9	28	15	3
19	22	9	28	15	3
20	21	9	27	15	2
21	21	9	27	15	2
22	21	8	27	14	2
23	21	8	27	14	2
24	20	8	26	14	1
25	20	8	26	14	1
26	20	7	26	13	1
27	20	7	26	13	1
28	19	7	25	13	[kanun I] 31
29	19	7	25	13	31
30	19	6	25	12	31
31	19	6	25	12	31
32	18	6	24	12	30
33	18	6	24	12	30
34	18	5	24	11	30
35	18	5	24	11	30
36	17	5	23	11	29
37	17	5	23	11	29
38	17	4	23	10	29
39	17	4	23	10	29
40	16	4	22	10	28
41	16	4	22	10	28
42	16	3	22	9	28
43	16	3	22	9	28
44	15	3	21	9	27
45	15	3	21	9	27
46	15	2	21	8	27
47	15	2	21	8	27
48	14	2	20	8	26
49	14	2	20	8	26
50	14	1	20	7	26

(*ad pag. 15*)

Anni collecti		50	100	150	200	250	300	350	400
Anni simplices	ḥĕzīrān	ḥĕzīrān	īyār	īyār	nīsān	nīsān	nīsān	adār	adār
1	16	4	22	10	27	15	2	21	8
2	16	4	22	10	27	15	2	21	8
3	16	3	22	9	27	14	2	20	8
4	16	3	22	9	27	14	2	20	8
5	15	3	21	9	26	14	1	20	7
6	15	3	21	9	26	14	1	20	7
7	15	2	21	8	26	13	1	19	7
8	15	2	21	8	26	13	1	19	7
9	14	2	20	8	25	13	[adar] 31	19	6
10	14	2	20	8	25	13	31	19	6
11	14	1	20	7	25	12	31	18	6
12	14	1	20	7	25	12	31	18	6
13	13	1	19	7	24	12	30	18	5
14	13	1	19	7	24	12	30	18	5
15	13	[iyar] 31	19	6	24	11	30	17	5
16	13	31	19	6	24	11	30	17	5
17	12	31	18	6	23	11	29	17	4
18	12	31	18	6	23	11	29	17	4
19	12	30	18	5	23	10	29	16	4
20	12	30	18	5	23	10	29	16	4
21	11	30	17	5	22	10	28	16	3
22	11	30	17	5	22	10	28	16	3
23	11	29	17	4	22	9	28	15	3
24	11	29	17	4	22	9	28	15	3
25	10	29	16	4	21	9	27	15	2
26	10	29	16	4	21	9	27	15	2
27	10	28	16	3	21	8	27	14	2
28	10	28	16	3	21	8	27	14	2
29	9	28	15	3	20	8	26	14	1
30	9	28	15	3	20	8	26	14	1
31	9	27	15	2	20	7	26	13	1
32	9	27	15	2	20	7	26	13	1
33	8	27	14	2	19	7	25	13	[sebat] 29
34	8	27	14	2	19	7	25	13	28
35	8	26	14	1	19	6	25	12	28
36	8	26	14	1	19	6	25	12	28
37	7	26	13	1	18	6	24	12	28
38	7	26	13	1	18	6	24	12	27
39	7	25	13	[nisan] 30	18	5	24	11	27
40	7	25	13	30	18	5	24	11	27
41	6	25	12	30	17	5	23	11	27
42	6	25	12	30	17	5	23	11	26
43	6	24	12	29	17	4	23	10	26
44	6	24	12	29	17	4	23	10	26
45	5	24	11	29	16	4	22	10	26
46	5	24	11	29	16	4	22	10	25
47	5	23	11	28	16	3	22	9	25
48	5	23	11	28	16	3	22	9	25
49	4	23	10	28	15	3	21	9	25
50	4	23	10	28	15	3	21	9	24

antis initium annorum
ɔnsium Syrorum.

anno syro quartam *partem* ır *esse idem ac* 1460 anni bukadnesaris inceperit die mus sub anno primo huius *mensis* šĕbaṭ; et quia hic nus aegyptius subsequens erat pariter aequabilis in- ɜadem quoque die; et quia epit annus quartus Aegyp- ; šĕbaṭ; et sic, quivis annus am intercalant Syri, habet die ante diem qua inci- eadem die incipiunt quoque no qui incipit die vicesima idit duobus annis proxime ethodum disposuimus hunc

uo mense syriaco et quota um, dividimus annos Nebu- ıuod superest minus quam ınnorum simplicium; deinde summa annorum Nebukad- ıs inter annos collectos, et collectorum donec perve- ; remansit ex annis simpli- contra istos duos numeros ;i sint anni Nebukadnesaris nus ex eis annos 1461, et : supra exposuimus.

ɔpositum habes].

Anni collecti		50	100	150	200	250	300	350	400	450	500	550	600	650	700	750	800	850	900	950	1000	1050	1100	1150	1200	1250	1300	1350	1400	1450
Anni simplices	šĕbāṭ	šĕbāṭ	šĕbāṭ	kanūn II	kanūn II	kanūn I	kanūn I	kanūn I	tešrīn II	tešrīn II	tešrīn I	tešrīn I	īlūl	īlūl	īlūl	āb	āb	tammūz	tammūz	tammūz	ḥĕzīrān	ḥĕzīrān	īyār	īyār	īyār	nīsān	nīsān	adār	adār	adār
1	26	14	1	20	7	26	13	1	18	6	24	12	29	17	4	23	10	29	16	4	21	9	27	15	2	20	7	26	13	1
2	26	13	1	19	7	25	13	tešrin II 30	18	5	24	11	29	16	4	22	10	28	16	3	21	8	27	14	2	19	7	25	13	šebat 29
3	26	13	1	19	7	25	13	30	18	5	24	11	29	16	4	22	10	28	16	3	21	8	27	14	2	19	7	25	13	28
4	25	13	kanun II 31	19	6	25	12	30	17	5	23	11	28	16	3	22	9	28	15	3	20	8	26	14	1	19	6	25	12	28
5	25	13	31	19	6	25	12	30	17	5	23	11	28	16	3	22	9	28	15	3	20	8	26	14	1	19	6	25	12	28
6	25	12	31	18	6	24	12	29	17	4	23	10	28	15	3	21	9	27	15	2	20	7	26	13	1	18	6	24	12	28
7	25	12	31	18	6	24	12	29	17	4	23	10	28	15	3	21	9	27	15	2	20	7	26	13	1	18	6	24	12	27
8	24	12	30	18	5	24	11	29	16	4	22	10	27	15	2	21	8	27	14	2	19	7	25	13	nisan 30	18	5	24	11	27
9	24	12	30	18	5	24	11	29	16	4	22	10	27	15	2	21	8	27	14	2	19	7	25	13	30	18	5	24	11	27
10	24	11	30	17	5	23	11	28	16	3	22	9	27	14	2	20	8	26	14	1	19	6	25	12	30	17	5	23	11	27
11	24	11	30	17	5	23	11	28	16	3	22	9	27	14	2	20	8	26	14	1	19	6	25	12	30	17	5	23	11	26
12	23	11	29	17	4	23	10	28	15	3	21	9	26	14	1	20	7	26	13	1	18	6	24	12	29	17	4	23	10	
13	23	11	29	17	4	23	10	28	15	3	21	9	26	14	1	20	7	26	13	1	18	6	24	12	29	17	4	23	10	
14	23	10	29	16	4	22	10	27	15	2	21	8	26	13	1	19	7	25	13	heziran 30	18	5	24	11	29	16	4	22	10	
15	23	10	29	16	4	22	10	27	15	2	21	8	26	13	1	19	7	25	13	30	18	5	24	11	29	16	4	22	10	
16	22	10	28	16	3	22	9	27	14	2	20	8	25	13	ab 31	19	6	25	12	30	17	5	23	11	28	16	3	22	9	
17	22	10	28	16	3	22	9	27	14	2	20	8	25	13	31	19	6	25	12	30	17	5	23	11	28	16	3	22	9	
18	22	9	28	15	3	21	9	26	14	1	20	7	25	12	31	18	6	24	12	29	17	4	23	10	28	15	3	21	9	
19	22	9	28	15	3	21	9	26	14	1	20	7	25	12	31	18	6	24	12	29	17	4	23	10	28	15	3	21	9	
20	21	9	27	15	2	21	8	26	13	1	19	7	24	12	30	18	5	24	11	29	16	4	22	10	27	15	2	21	8	
21	21	9	27	15	2	21	8	26	13	1	19	7	24	12	30	18	5	24	11	29	16	4	22	10	27	15	2	21	8	
22	21	8	27	14	2	20	8	25	13	tešrin I 31	19	6	24	11	30	17	5	23	11	28	16	3	22	9	27	14	2	20	8	
23	21	8	27	14	2	20	8	25	13	31	19	6	24	11	30	17	5	23	11	28	16	3	22	9	27	14	2	20	8	
24	20	8	26	14	1	20	7	25	12	31	18	6	23	11	29	17	4	23	10	28	15	3	21	9	26	14	1	20	7	
[1] Sic cod., syr. et ar.; videtur legendum 589. — [2] Hic deest folium unum. Insuper, fol. 85 r° scriptura vacat; ad tabulam recipiendam, deductis lineis, disposita erat pagina, sed hodie vix apparent vestigia. Coniicere licet in lacuna excidisse inter alia, et rationem constituendi expeditum canonem ad *moled* anni inveniendum, et hunc canonem quem restituimus sequentibus paginis, addita brevi expositione. Cf. ALBIRUNI, *op. cit.*, p. 144-146 (verso).

CANONES EXPEDITI AD INVENIENDUM MOLED MENSIS TIŠRĪ UNIUSCUIUSQUE ANNI IUDAEORUM.

Anni collecti	Dies	Horae	Minuta	Anni collecti	Dies	Horae	Minuta	Anni collecti	Dies	Horae	Minuta
532	5	7	460	**3192**	3	20	600	**5852**	2	9	740
1064	3	14	920	**3724**	2	3	1060	**6384**	0	17	120
1596	1	22	300	**4256**	0	11	440	**6916**	6	0	580
2128	0	5	760	**4788**	5	18	900	**7448**	4	7	1040
2660	5	13	140	**5320**	4	2	280	**7980**	2	15	420

Anni collecti	Dies	Horae	Minuta	Anni collecti	Dies	Horae	Minuta	Anni collecti	Dies	Horae	Minuta
19	2	16	595	**209**	1	14	65	**399**	0	11	615
38	5	9	110	**228**	4	6	660	**418**	3	4	130
57	1	1	705	**247**	6	23	175	**437**	5	20	725
76	3	18	220	**266**	2	15	770	**456**	1	13	240
95	6	10	815	**285**	5	8	285	**475**	4	5	835
114	2	3	330	**304**	1	0	880	**494**	6	22	350
133	4	19	925	**323**	3	17	395	**513**	2	14	945
152	0	12	440	**342**	6	9	990	**532**	5	7	460
171	3	4	1035	**361**	2	2	505				
190	5	21	550	**380**	4	19	20				

Anni simplices	Dies	Horae	Minuta	Anni simplices	Dies	Horae	Minuta	Anni simplices	Dies	Horae	Minuta
1	4	8	876	**8**	4	12	747	**15**	3	3	905
2*	3	6	385	**9**	1	21	543	**16***	2	1	414
3	0	15	181	**10***	0	19	52	**17**	6	10	210
4	4	23	1057	**11**	5	3	928	**18***	5	7	799
5*	3	21	566	**12**	2	12	724	**19**	2	16	595
6	1	6	362	**13***	1	10	233				
7*	0	3	951	**14**	5	19	29				

* Anni intercalares.

[Usus tabularum: Partire annos creationis per DXXXII, et summam quaere in prima tabula; reliquos annos pauciores quam DXXXII, partire per XIX, et summam quaere in tabula secunda; reliquos annos pauciores quam XIX, quaere in tabula tertia. Collige numerum dierum, horarum, minutorum inventum in tribus tabulis eisque adde 5 dies et 14 horas. E summa dierum detrahe septem, si sint plus quam septem, reliquum erit mōlēd mensis tišrī huius anni.

Quid autem addendum sit supra mōlēd tišrī, ut invenias mōlēd uniuscuiusque mensis, docet canon sequens, ad normam methodi supra expositae dispositus; additione facta, detrahe septem dies, si sint plus quam septem] [1].

Canon expeditus ad inveniendum moled uniuscuiusque mensis anni Iudaeorum.

Annus aequabilis	Annus intercalaris	Dies	Horae	Minuta	Annus aequabilis	Annus intercalaris	Dies	Horae	Minuta
tišrī	tiṣrī	0	0	0	īyār	nīsān	3	17	151
marḥešwān	marḥešwān	1	12	793	sīwān	īyār	5	5	944
kislēw	kislēw	3	1	506	tammūz	sīwān	6	18	657
ṭebet	ṭebet	4	14	219	āb	tammūz	1	7	370
šebaṭ	šebaṭ	6	2	1012	ēlūl	āb	2	20	83
adār	adār	0	15	725		ēlūl	4	8	876
nīsān	ādār II	2	4	438					

[1] Ut dixi, haec et sequens canon, in deperdito folio exarata fuisse videntur.

Supputatio initii mensis nīsān Iudaeorum per dies mensium Syrorum.

Cum autem scire voluimus [1] in quem mensem Syrorum et in quotam diem huius mensis incidat moled nīsān Iudaeorum in anno primo Creationis, secundum eorum opinionem et computationem, *sumpsimus annos ab initio mundi ad annum p. 91. elapsum ante annum in quo incipimus hanc chronologiam, id est ad annum 1329um Alexandri, et invenimus esse, secundum eorum opinionem, 4.776 [2] annos perfectos; et supputatio eorum declarat moled nīsān fore, in praedicto anno, hora prima noctis feriae quintae, 20^{ae} adār, post occasum solis 614 minutis horae.

Etenim 4.776 anni a Creatione ad hunc annum sunt 251 cyclus undeviginti annorum cum septem annis. Cum omnis cyclus XIX annorum complectatur 6.939 dies, 16 horas et 595 minuta; et cum omnis annus aequabilis habeat 354 dies, 8 horas et 876 minuta, et omnis annus intercalaris 383 dies, 21 horam 589 minuta, et cum annus primus cycli XIX annorum, et tertius et quartus et sextus sint aequabiles, secundus vero et quintus, et septimus sint intercalares, fiunt dies a moled nīsān anni primi mundi ad moled nīsān anni quem diximus, secundum opinionem et computum Iudaeorum, 1.744.431 dies, 6 horae, 176 *minuta [3]. Quia autem 4.776 anni Syrorum sunt 1.744.434 p. 92. dies, invenitur excurrens, inter annos syros et annos hebraeos, duarum dierum, 17 horarum, 904 minutorum. Cum autem addimus hoc excurrens supra *tempus mensis* adār elapsum ante moled nīsān, anno 1329° Alexandri, id est 19 dies et 614 minuta, colligimus 21 diem, 18 horas, 438 minuta; et dicimus moled nīsān Iudaeorum, anno primo Creationis, incidisse, secundum eorum opinionem et supputationem, in diem dominicam 22^{am} adār, iam elapsis sex diei horis et 438 minutis.

Cum voluimus, pro singulis annis, demonstrare in quotam diem mensium adār vel nīsān Syrorum incidat moled *mensis* nīsān Iudaeorum, constituimus canonem e quo rem discamus. Annos simplices fecimus 76; quia 76 anni syriaci longiores

[1] Lege: وجمع; cod. وضع. — [2] Scilicet: $4776 = 3448 + 1328$.
[3] $= (6939^d\ 16^h\ 595^m \times 251) + (354^d\ 8^h\ 876^m \times 4) + (383^d\ 21^h\ 589^m \times 3)$.

sunt 76 annis hebraicis 5 horas et 860 minuta. Et quia anno primo Creationis incidit m o l e d nisān Iudaeorum postquam elapsa erant e mense adār 21 dies, 18 horae et 438 minuta, posuimus sub anno primo in adār 21 d., 18 h. et 438 m. Cum autem annus sequens, id est secundus, esset in Iudaeorum opinione intercalaris, sed aequabilis in supputatione Syrorum, p. 93. et cum habeat annus intercalaris Iudaeorum *383 dies, 21 horam, 589 minuta, tot dies, horas et minuta addidimus supra dies adār elapsas tempore m o l e d nisān in anno superiore: et facta sunt 405 dies, 15 horae et 1.027 minuta. Postquam autem ex his subtraximus annum syriacum aequabilem, id est 365 dies, quia talis erat annus secundus, remanserunt 40 dies, 15 horae et 1.027 minuta; et postquam assignavimus mensi adār 31 diem, inventus est m o l e d nīsān occurrere cum iam elapsa erant e mense nīsān 9 dies, 15 horae et 1.027 minuta, et ideo posuimus sub anno secundo canonis 9 dies in nīsān, 15 horas et 1.027 minuta. Et cum annus tertius periodi decennovenalis Iudaeorum esset aequabilis, addidimus supra fundamentum anni secundi dies mensis adār, quae sunt 31 dies, et annum lunarem aequabilem, id est 354 dies, 8 horas et 876 minuta; et collegimus 395 dies et 823 minuta horae; et postquam ab his subtraximus annum syriacum intercalarem, id est 366 dies, quia talis erat annus tertius, remanserunt 29 dies et 823 minuta horae. Et idcirco posuimus sub anno tertio canonis 29 dies et 823 minuta horae. Et sic fecimus usque ad p. 94. completionem 76 annorum. Et quia *76 anni hebraici breviores [1] sunt 76 annis syriacis 5 horas, 860 minuta, posuimus sub numero 76 annorum in canone annorum collectorum 5 horas et 860 minuta.

Cum autem scire volumus, ope huius canonis, in quem mensem syriacum, et in quotam diem huius mensis, incidat m o l e d nīsān Iudaeorum, aut alicuius ex ceteris mensibus, secundum opinionem et computationem Iudaeorum, quaerimus numerum annorum Creationis in canone annorum collectorum, et sumimus dies, horas et minuta quae occurrunt nobis eaque retinemus; deinde adimus canonem annorum simplicium et sumimus dies et horas quae nobis occurrunt, et ab istis subtrahimus dies,

[1] Sic ex versione arabica. Vide notam ad textum.

horas et minuta quae sumpsimus in columna annorum collectorum: in eo quod remanet nascitur nīsān Iudaeorum hoc anno.

Si volumus scire qua die nascatur aliquis ex ceteris mensibus Iudaeorum, adimus canonem mensium, et sumimus dies, horas et minuta posita sub mensem cuius initium quaerimus, haec vero addimus supra dies, horas et minuta elapsa e mense syriaco ante m o l e d nīsān; quotquot fiant ex eis tribuimus unicuique mensi syriaco numerum dierum eius; incipimus quidem a mense in quo nascitur nīsān, et ubi deficit numerus, in hunc mensem, diem, horam, minutum incidit m o l e d illius mensis.

p. 95.

Anni collecti	Dies	Horae	Minuta	Anni collecti	Dies	Horae	Minuta	Anni collecti	Dies	Horae	Minuta
76	0	5	860	2128	6	18	320	4180	13	6	860
152	0	11	640	2204	7	0	100	4256	13	12	640
228	0	17	420	2280	7	5	960	4332	13	18	420
304	0	23	200	2356	7	11	740	4408	14	0	200
380	1	4	1060	2432	7	17	520	4484	14	5	1060
456	1	10	840	2508	7	23	300	4560	14	11	840
532	1	16	620	2584	8	5	80	4636	14	17	620
608	1	22	400	2660	8	10	940	4 12	14	23	400
684	2	4	180	2736	8	16	720	4788	15	5	180
760	2	9	1040	2812	8	22	500	4864	15	10	1040
836	2	15	820	2888	9	4	280	4940	15	16	820
912	2	21	600	2964	9	10	60	5016	15	22	600
988	3	3	380	3040	9	15	920	5092	16	4	380
1064	3	9	160	3116	9	21	700	5168	16	10	160
1140	3	14	1020	3192	10	3	480	5244	16	15	1020
1216	3	20	800	3268	10	9	260	5320	16	21	800
1292	4	2	580	3344	10	15	40	5396	17	3	580
1368	4	8	360	3420	10	20	900	5472	17	9	360
1444	4	14	140	3496	11	2	680	5548	17	15	140
1520	4	19	1000	3572	11	8	460	5624	17	20	1000
1596	5	1	780	3648	11	14	240	5700	18	2	780
1672	5	7	560	3724	11	20	20	5776	18	8	560
1748	5	13	340	3800	12	1	880	5852	18	14	340
1824	5	19	120	3876	12	7	660	5928	18	20	120
1900	6	0	980	3952	12	13	440	6004	19	1	980
1976	6	6	760	4028	12	19	220	6080	19	7	760
2052	6	12	540	4104	13	1	0				

p. 96.

Anni simplices	Menses Syrorum in quibus occurrit initium nisan Iudaeorum	Dies in mense Syrorum	Horae	Minuta	Anni simplices	Menses Syrorum in quibus occurrit initium nisan Iudaeorum	Dies in mense Syrorum	Horae	Minuta
1	adār	21	18	438	39	adār	21	3	548
2	nīsān	9	15	1027	40	nīsān	9	1	57
3	adār	29	0	823	41	adār	29	9	933
4	adār	18	9	619	42	adār	18	18	729
5	nīsān	6	7	128	43	nīsān	5	16	238
6	adār	26	15	1004	44	adār	26	11	34
7	nīsan	13	13	513	45	nīsān	13	22	623
8	nīsān	2	22	309	46	nīsān	3	6	419
9	adār	23	7	105	47	adār	22	16	215
10	nīsan	11	4	694	48	nīsān	10	13	804
11	adār	30	13	490	49	adār	30	22	600
12	adār	19	22	286	50	adār	20	7	396
13	nīsān	7	19	875	51	nīsān	6	4	985
14	adār	28	4	671	52	adār	27	13	781
15	adār	16	14	467	53	adār	16	22	577
16	nīsān	4	10	1056	54	nīsān	4	20	86
17	adār	24	19	852	55	adār	24	5	962
18	nīsān	12	17	361	56	nīsān	12	2	471
19	nīsān	1	2	157	57	nīsān	1	11	267
20	adār	21	10	1033	58	adār	21	20	63
21	nīsān	9	8	542	59	nīsān	8	17	652
22	adār	29	17	338	60	adār	29	2	448
23	adār	18	2	134	61	adār	18	11	244
24	nīsān	5	23	723	62	nīsān	6	8	833
25	adār	26	8	519	63	adār	25	17	629
26	nīsān	13	6	28	64	nīsān	13	15	138
27	nīsān	2	14	904	65	nīsān	3	23	1014
28	adār	22	23	700	66	adār	23	8	810
29	nīsān	10	21	209	67	nīsān	10	6	319
30	adār	31	6	5	68	adār	30	15	115
31	adār	19	14	881	69	adār	19	23	991
32	nīsān	7	12	390	70	nīsān	7	21	500
33	adār	27	21	186	71	adār	27	6	296
34	adār	17	5	1062	72	adār	16	15	92
35	nīsān	4	3	571	73	nīsān	4	12	681
36	adār	24	12	367	74	adār	24	21	477
37	nīsān	12	9	956	75	nīsān	11	18	1066
38	nīsān	1	18	752	76	nīsān	1	3	862

p. 97.

Menses	Dies	Horae	Minuta	Menses	Dies	Horae	Minuta
nīsān	29	12	793	marḥešwān	236	5	944
īyār	59	1	506	kislēw	265	18	657
sīwān	88	14	219	ṭēbēt	295	7	370
tammūz	118	2	1012	šebāṭ	324	20	83
āb	147	15	725	adār	354	8	876
ēlūl	177	4	438	adār intercalaris	383	21	589
tiśrī	206	17	151				

De constructione canonis indicantis in quem mensem Arabum incidat nīsān Iudaeorum ceterique menses eorum, singulis annis.

Cum scire voluimus in quem mensem Arabum inciderit nīsān Iudaeorum anno primo Creationis, secundum eorum opinionem et computationem, sumpsimus menses elapsos ab initio mundi usque ad annum elapsum antequam incipiamus hanc chronologiam, id est annum 1329um Alexandri, et invenimus, secundum eorum opinionem 4.776 annos perfectos, qui sunt CCLI cycli decennovenales et septem anni.

Quia autem unusquisque cyclus habet CCXXXV menses, et cum unusquisque annus aequabilis duodecim menses et intercalaris tredecim menses habeat: primus autem annus cycli, tertius, quartus et sextus sint aequabiles, secundus, quintus et septimus *sint* intercalares: menses ab initio nīsān anni primi
p. 98. Creationis ad initium nīsān anni 1329^{i} *Alexandri sunt 59.072 menses [1], quos cum partimur per duodecim, quia annus arabicus duodecim mensibus constat, supersunt nobis 8 menses. Cum autem nīsān Iudaeorum inceperit hoc anno post elapsos ex anno arabico decem menses: siquidem incidit in dhū'l-qaʿda, detraximus octo qui nobis superfuerunt e decem, et remanserunt nobis duo menses; et inde cognovimus m o l e d nīsān anni primi Creationis incidisse post elapsos duos menses ex anno arabico. Diximus igitur nīsān Iudaeorum incidisse anno primo Creationis in mensem tertium Arabum, nempe rabīʿ priorem. Et quia annus secundus habebat mensem intercalarem, incidit nīsān in rabīʿ posteriorem; quia vero annus tertius et annus quartus erant aequabiles, his annis incidit nīsān in eumdem mensem rabīʿ posteriorem, et anno quinto, qui erat intercalaris, in gumāda priorem, et adhuc anno sexto, quia erat aequabilis. Et hac ratione, addidimus pro unoquoque anno intercalari unum mensem, et constituimus canonem 228 annorum hebraicorum, qui sunt 235 anni arabici; et posuimus sub numero

[1] $= (235 \times 251) + (12 \times 4) + (13 \times 3)$.

cuiusque anni nomen mensis arabici in quem incidit nīsān Iudaeorum hoc anno.

Cum autem scire volumus in quem mensem Arabum incidat nīsān quovis anno, addimus supra annos Alexandri annos Creationis, qui sunt secundum opinionem Iudaeorum 3.448, et summam dividimus per 228: quod autem superest quaerimus in hoc canone et invenimus sub numero qui nobis superfuit nomen mensis arabici in quem incidit nīsān eo anno.

Cum autem *scire volumus in quem mensem Arabum incidat [1] p. 99. [aliquis ex ceteris mensibus Iudaeorum, numeramus tot menses ab illo mense arabico in quem incidit nīsān Iudaeorum, quot sunt in anno iudaico a nīsān usque ad mensem de quo quaerimus.

Si autem id scire volumus ope canonis expediti, quaerimus in prima columna mensem arabicum in quem incidit nīsān Iudaeorum; deinde recte procedimus donec perveniamus contra mensem de quo agitur; mensis arabicus qui hic inscribitur ille est in quem incidit dictus mensis Iudaeorum].

(*Deest folium*).

[1] Lacuna in codice. Periit folium unum in quo exarata erant: 1° pars ultima methodi ad inveniendam concordantiam mensium Iudaeorum cum mensibus arabicis, quam hic, quoad sensum, supplemus; 2° canon hanc concordantiam indicans, quem ex supra dictis sine labore restituimus, et fortasse alter canon quem coniecturaliter priori addidimus; 3° pars initialis dissertationis quae absolvitur f. 88 r°.

Canon ostendens in quem mensem Arabum incidat mensis nisan Iudaeorum.

Cyclus CCXXVIII annorum Iudaeorum	Mensis Arabum in quem incidit nisan Iudaeorum	Cyclus CCXXVIII annorum Iudaeorum	Mensis Arabum in quem incidit nisan Iudaeorum	Cyclus CCXXVIII annorum Iudaeorum	Mensis Arabum in quem incidit nisan Iudaeorum
1	rabī' I	39	gumāda I	77	ragab
2	rabī' II	40	gumāda II	78	ša'bān
3	rabī' II	41	gumāda II	79	ša'bān
4	rabī' II	42	gumāda II	80	ša'bān
5	gumāda I	43	ragab	81	ramaḍān
6	gumāda I	44	ragab	82	ramaḍān
7	gumāda II	45	ša'bān	83	šawwāl
8	gumāda II	46	ša'bān	84	šawwāl
9	gumāda II	47	ša'bān	85	šawwāl
10	ragab	48	ramaḍān	86	dhū 'l-qa'da
11	ragab	49	ramaḍān	87	dhū 'l-qa'da
12	ragab	50	ramaḍān	88	dhū 'l-qa'da
13	ša'bān	51	šawwāl	89	dhū 'l-ḥigga
14	ša'bān	52	šawwāl	90	dhū 'l-ḥigga
15	ša'bān	53	šawwāl	91	dhū 'l-ḥigga
16	ramaḍān	54	dhū 'l-qa'da	92	Muḥarrām
17	ramaḍān	55	dhū 'l-qa'da	93	muḥarrām
18	šawwāl	56	dhū 'l-ḥigga	94	ṣafar
19	šawwāl	57	dhū 'l-ḥigga	95	ṣafar
20	šawwāl	58	dhū 'l-ḥigga	96	ṣafar
21	dhū 'l-qa'da	59	Muḥarrām	97	rabī' I
22	dhū 'l-qa'da	60	muḥarrām	98	rabī' I
23	dhū 'l-qa'da	61	muḥarrām	99	rabī' I
24	dhū 'l-ḥigga	62	ṣafar	100	rabī' II
25	dhū 'l-ḥigga	63	ṣafar	101	rabī' II
26	Muḥarrām	64	rabī' I	102	gumāda I
27	muḥarrām	65	rabī' I	103	gumāda I
28	muḥarrām	66	rabī' I	104	gumāda I
29	ṣafar	67	rabī' II	105	gumāda II
30	ṣafar	68	rabī' II	106	gumāda II
31	ṣafar	69	rabī' II	107	gumāda II
32	rabī' I	70	gumāda I	108	ragab
33	rabī' I	71	gumāda I	109	ragab
34	rabī' I	72	gumada I	110	ragab
35	rabī' II	73	gumāda II	111	ša'bān
36	rabī' II	74	gumāda II	112	ša'bān
37	gumāda I	75	ragab	113	ramaḍan
38	gumāda I	76	ragab	114	ramaḍan

Cyclus CCXXVIII annorum Iudaeorum	Mensis Arabum in quem incidit nisan Iudaeorum	Cyclus CCXXVIII annorum Iudaeorum	Mensis Arabum in quem incidit nisan Iudaeorum	Cyclus CCXXVIII annorum Iudaeorum	Mensis Arabum in quem incidit nisan Iudaeorum
115	ramaḍan	153	dhū 'l-qa'da	191	muḥarram
116	šawwāl	154	dhū 'l-ḥigga	192	ṣafar
117	šawwāl	155	dhū 'l ḥigga	193	ṣafar
118	šawwāl	156	dhū 'l-ḥigga	194	ṣafar
119	dhū 'l-qa'da	157	Muḥarrām	195	rabī' I
120	dhū 'l-qa'da	158	muḥarrām	196	rabī' I
121	dhū 'l-ḥigga	159	ṣafar	197	rabī' II
122	dhū 'l-ḥigga	160	ṣafar	198	rabī' II
123	dhū 'l-ḥigga	161	ṣafar	199	rabī' II
124	Muḥarrām	162	rabī' I	200	gumāda I
125	muḥarrām	163	rabī' I	201	gumāda I
126	muḥarrām	164	rabī' I	202	gumāda I
127	ṣafar	165	rabī' II	203	gumāda II
128	ṣafar	166	rabī' II	204	gumāda II
129	ṣafar	167	rabī' II	205	gumāda II
130	rabī' I	168	gumāda I	206	ragab
131	rabī' I	169	gumāda I	207	ragab
132	rabī' II	170	gumāda II	208	ša'bān
133	rabī' II	171	gumāda II	209	ša'bān
134	rabī' II	172	gumāda II	210	ša'bān
135	gumāda I	173	ragab	211	ramaḍan
136	gumāda I	174	ragab	212	ramaḍan
137	gumāda I	175	ragab	213	ramaḍan
138	gumāda II	176	ša'ban	214	šawwāl
139	gumāda II	177	ša'ban	215	šawwāl
140	ragab	178	ramaḍan	216	dhū 'l-qa'da
141	ragab	179	ramaḍan	217	dhū 'l-qa'da
142	ragab	180	ramaḍan	218	dhū 'l-qa'da
143	ša'bān	181	šawwāl	219	dhū 'l-ḥigga
144	ša'bān	182	šawwāl	220	dhū 'l-ḥigga
145	ša'bān	183	šawwāl	221	dhū 'l-ḥigga
146	ramaḍan	184	dhū 'l-qa'da	222	Muḥarrām
147	ramaḍan	185	dhū 'l-qa'da	223	muḥarrām
148	ramaḍan	186	dhū 'l-qa'da	224	muḥarrām
149	šawwāl	187	dhū 'l-ḥigga	225	ṣafar
150	šawwāl	188	dhū 'l-ḥigga	226	ṣafar
151	dhū 'l-qa'da	189	Muḥarrām	227	rabī' I
152	dhū 'l-qa'da	190	muḥarrām	228	rabī' I

CANON INDICANS IN QUEM MENSEM ARABUM INCIDAT UNUSQUISQUE MENSIS IUDAEORUM PER ANNUM[1].

nīsān Iudaeorum	iyār	sīwān	tammūz	āb	ēlūl	tišrī	marḥešwān	kislēw	ṭebet	šebaṭ	adār	adār intercalaris
muḥarram	sf	rb I	rb II	gm I	gm II	rg	sb	rm	sw	dq	dh	mh
ṣafar	rb I	rb II	gm I	gm II	rg	sb	rm	sw	dq	dh	mh	sf
rabīʿ I	rb II	gm I	gm II	rg	sb	rm	sw	dq	dh	mh	sf	rb I
rabīʿ II	gm I	gm II	rg	sb	rm	sw	dq	dh	mh	sf	rb I	rb II
gumāda I	gm II	rg	sb	rm	sw	dq	dh	mh	sf	rb I	rb II	gm I
gumāda II	rg	sb	rm	sw	dq	dh	mh	sf	rb I	rb II	gm I	gm II
ragab	sb	rm	sw	dq	dh	mh	sf	rb I	rb II	gm I	gm II	rg
šaʿbān	rm	sw	dq	dh	mh	sf	rb I	rb II	gm I	gm II	rg	sb
ramaḍān	sw	dq	dh	mh	sf	rb I	rb II	gm I	gm II	rg	sb	rm
šawwāl	dq	dh	mh	sf	rb I	rb II	gm I	gm II	rg	sb	rm	sw
dhū 'l-qaʿda	dh	mh	sf	rb I	rb II	gm I	gm II	rg	sb	rm	sw	dq
dhū 'l-ḥigga	mh	sf	rb I	rb II	gm I	gm II	rg	sb	rm	sw	dq	dh

[1] Canonem e supradictis restituimus. Nomina mensium Arabum compendiose scripsimus; *cfr. supra*, p. 22, *adnot.*

(*Deest initium*)[1].

. . . .

..... una dies in anno 19° cycli Orientalium, et in quavis periodo 532 annorum diversitas in festo (Paschatis celebrando) quattuor vicibus, cum prius sit Ieiunium Occidentalium Ieiunio Orientalium unam hebdomadam. (p. 99).

Et diebus Theodosii Maioris, qui regnare coepit anno 690° Alexandri, composuit mar Diodorus, episcopus Tarsi, chronicon quo solvit et irritum fecit chronicon Eusebii Caesariensis. Ostendit in dicto libro erroneum esse chronicon ab Eusebio statutum. Illud opus nondum in linguam syriacam translatum est, attamen commemoratum est in indice librorum Diodori.

Et diebus Iustiniani, qui regnare coepit anno 839° Alexandri, composuit Andronicus chronographus, chronicon quod congruit cum chronico Aniani [*vers. ar.* Eusebii] in supputatione festorum, sed quoad numerum annorum patriarcharum[2] neque cum chronico Aniani, neque cum chronico Eusebii congruit.

Et diebus Kosrau filii Hormizd, regis Persarum, qui regnare coepit anno 902° Alexandri, fecit Simeon Barqaya expositionem chronici quo utuntur Orientales[3] praesenti tempore, et existimatur esse Eusebii.

Et anno 1003° Alexandri composuit Iacobus Edessenus chronicon[4] quod congruit cum chronico Aniani et cum chronico Andronici in supputatione festorum. In eo et in canone annorum quem composuit, demonstrat multis locis erravisse Eusebium in suo chronico.

Omnes isti chronographi et alii quos non commemoramus acceperunt supputationem annorum et Paschatis e doctoribus Iudaeorum. Doctores autem Iudaeorum illam acceperant e doctoribus *antiquorum Graecorum paganorum. Et hoc manifestum est ex eo quod dicit Ptolemaeus sapiens in aliquo e suis scriptis: Erat olim Graecis supputatio qua dignoscebant p. 100.

[1] Vide supra, p. 107 n. — [2] *Beīt Adam*, ad litter.: « domus Adami ». — [3] Intellige Nestorianos. — [4] Quae supersunt huius operis edidit E. W. BROOKS, *Corp. Script. Christ. Or.* (*Script. Syr.*, Ser. III, t. IV).

tempus suorum festorum diesque suorum sacrificiorum. Et proposuerunt sapientes asseclae Metonis et Euctemonis, qui fuerunt diebus Artaxersis, regis Persarum, atque ita ordinarunt hanc supputationem ut volveretur in cyclo XIX annorum solarium; et statuerunt ut sint XIX anni solares, XIX anni lunares cum septem mensibus. Et idcirco ordinarunt septem annos in quibus essent menses intercalares, et duodecim annos aequabiles. Et dicit Ptolemaeus causam ob quam ordinarunt Graeci hanc supputationem esse ut incidant festa eorum et dies sacrificiorum eorum in menses definitos certaque tempora anni solaris, et in dies certas mensis lunaris. Elapso tempore, constituerunt sibi asseclae Calippi sapientis, supputationem quae circumvolvitur per LXXVI annos. Et haec acciderunt multis annis ante adventum Domini nostri Christi.

Supputationem autem qua utuntur Iudaei presenti tempore, post adscensionem Domini nostri Christi in caelos et destructionem Hierosolymorum disposuerunt eorum doctores. Sed post tempus observarunt doctores sancti Christianorum et viderunt oculo spiritali rectam non esse supputationem quam ordinaverant Iudaei; et sanxerunt monueruntque ne quis utatur eorum supputatione, sed sequendam esse opinionem antiquorum doctorum hebraeorum: Aristobuli, Iosephi et eorum sociorum, qui opinabantur non celebrandum esse Pascha nisi die decimaquarta mensis lunaris qui incidit in mensem primum anni naturalis.

*SUPPUTATIO FESTORUM CHRISTIANORUM. p. 101.

E festis Christianorum alia incidunt in dies fixas et certas mensium Syrorum, et alia progrediuntur aut retrogradiuntur cum retrogressu aut progressu Paschatis:

Quae autem incidunt in certas dies mensium Syrorum sunt: Nativitas, Epiphania, Transfiguratio Domini nostri in monte Thabor, festum Crucis et Commemorationes Sanctorum.

Nativitas incidit in diem 25^{am} *mensis* kānūn I;
Epiphania, in diem 6^{am} *mensis* kānūn II;
Transfiguratio Christi in monte Thabor, in diem 6^{am} āb;
Festum Crucis, in diem 13^{am} *mensis* īlūl;

Commemorationes certae quae incidunt in dies fixas mensium Syrorum, hae sunt:

Commemoratio Mār Sergii incidit in initium tešrīn I;
Commemoratio Phōṭi [1], in dominicam secundam tešrīn I;
Commemoratio Šemūni, in dominicam tertiam tešrīn I;
Ingressus [2] incidit in dominicam *occurrentem* a die 30^{a} tešrīn I, ad diem 5^{am} tešrīn II;
Adventus [3] incidit in dominicam a die 27^{a} tešrīn II ad diem 3^{am} kānūn I;
Commemoratio Barbarae [4], in diem 4^{am} kānūn I;
Comm. d. m. Mariae, in feriam sextam post Nativitatem;
Comm. Iohannis Baptistae, in fer. sextam post Epiphaniam;
Rogatio Virginum, in feriam secundam post Epiphaniam;
Ingressus Domini nostri in Templum, in diem 2^{am} šebāṭ;
Commemoratio Quadraginta Martyrum, in diem 7^{am} adār;
Commemoratio Mār Georgii, in diem 24^{am} nīsān;
*Commemoratio dominae meae Mariae, in diem 15^{am} īyār; p. 102.
Commemoratio Mār Thomae apostoli, in diem 3^{am} tammūz;
Commemoratio Mār Cyriaci martyris, in diem 15^{am} tammūz;
Commemoratio dominae meae Mariae, in diem 15^{am} āb.

[1] ALBIRUNI, p. 310, l. 16: ذكران قوطا الرهب وهو مار سرجس. « Commemoratio Quṭa monachi, qui est Mar Sergius ». — [2] I. e. dominica qua ex atrio (ubi tempore aestivo officium recitatur) in templum ingrediuntur; vocatur etiam prima (sunt enim quattuor) dominica Dedicationis ecclesiae. — [3] « Sūbārā », proprie « adnunciatio ». — [4] Syr. male « Bart Baraya », quasi « filia Barayae ».

Cum autem scire volumus in quam diem hebdomadae incidat quoddam ex his festis aut quaedam ex his commemorationibus, videmus qua die incipiat mensis in quo occurrit festum aut commemoratio, ope canonis ostendentis initium mensium Syrorum per dies hebdomadae, et addimus numerum huius diei supra numerum dierum ab initio mensis ad *primas* vesperas diei in quam incidit festum aut commemoratio, et summam dividimus per hebdomadas; quod autem remanet est *numerus feriae* in quam incidit illud festum aut illa commemoratio.

Et si volumus scire in quam diem hebdomadae incidat initium alicuius mensis, aut festum vel commemoratio quaedam, addimus signum mensis quem quaerimus, aut festi vel commemorationis, supra fundamentum anni, et e summa detrahimus hebdomadam si superat septem: quod autem remanet, est *numerus feriae* in quam incidit initium dicti mensis, aut festum, aut commemoratio. Et si annus sit intercalaris, addimus signa mensium, festorum commemorationumque, ab initio tešrīn I ad finem šebaṭ, supra fundamentum anni, et ab initio adār ad finem anni, supra ingressum (seu initium) anni.

Et fundamentum anni est dies ante eius ingressum; et idcirco cum volumus scire fundamentum, detrahimus ab ingressu anni unam diem, et occurrit nobis fundamentum.

Et cum volumus scire signum alicuius mensis aut festi aut
p. 103. commemorationis, sumimus *dies ab initio anni usque ad diem primam mensis, aut *ad diem* festi vel commemorationis, easque partimur per hebdomadas, et quod remanet est ipsum signum mensis aut festi aut commemorationis. Et sic invenitur signum

tešrīn prioris: I;	Nativitatis: II;
tešrīn posterioris: IV;	Epiphaniae: VII;
kānūn prioris: VI;	Transfigurationis Christi in monte Thabor: II;
kānūn posterioris: II;	
šebaṭ: V;	Crucis: V;
adār: V;	Commemorationis Barbarae: II;
nīsān: I;	Quadraginta Martyrum: IV;
īyār: III;	Mar Georgii: III;
ḥezīrān: VI;	D. m. Mariae die 15ᵃ īyār: III;
tammūz: I;	Mar Thomae apostoli: III;
āb: IV;	Mar Cyriaci: I;
īlūl: VII;	D. m. Mariae die 15ᵃ āb: IV.

Cum enim sumimus dies ab initio tešrīn prioris ad initium tešrīn posterioris, sunt dies XXXII, et cum dividimus eas per hebdomadas remanent IV, quae sunt signum tešrīn posterioris; et cum sumimus *dies ab initio tešrīn prioris ad diem 25ᵃᵐ kānūn p. 104.
prioris, in quam incidit Nativitas, quae sunt dies LXXXVI, et dividimus eas per hebdomadas remanent II, quae sunt signum Nativitatis. Et hac ratione inveniuntur omnia signa mensium, festorum aut commemorationum.

Et ideo factum est signum mensis tešrīn prioris I, quia est prima dies anni. Eorum autem qui dicunt rationem ob quam factum est tešrīn prioris signum I, esse quod, divisis diebus anni, quae sunt 365, per hebdomadas, remanet una, non verax est sermo. Necesse enim foret, ad mentem eorum, si dies anni plures aut pauciores quam 365 essent, ut esset signum tešrīn prioris aliud quam A [1], et reliqua signa ceterorum mensium et festorum *essent* alia ac sunt; et fundamentum anni necesse esset aliud quam dies ante ingressum anni. Et necesse esset, secundum hanc opinionem, ut sit signum primi mensis anni lunaris IV; nam cum partimur dies anni lunaris, quae sunt 354, per hebdomadas excedunt quattuor; at signum mensis primi anni arabici non est IV, sed est, ad mentem eorum qui addunt signa supra fundamentum anni, I, et ad mentem eorum qui addunt signa supra ingressum, VII: quod idem est [2].

*Quod non deceat ut celebretur Pascha nisi die decima- p. 105.
quarta in mense lunari, seu die plenilunii quod occurrit in primo mense anni naturalis, seu mense florum; et quod initium primi mensis anni naturalis sit dies aequinoctii vernalis.

Pascha enim est festum quod praecepit Deus celebrari die decimaquarta mensis lunaris seu die plenilunii quod occurrit in mense primo anni naturalis, id est mense florum. Et initium huius primi mensis anni naturalis est dies aequinoctii

[1] « *Alaf* »; id est I, secundum methodum qua litteris numeros substituimus. — [2] Sic ex arabico: وهو صير ; textus syr. male: « hoc autem nihil est ».

vernalis. Et ideo definiverunt beati Apostoli [1] et Patres cccxviii [2], et omnes doctores, ne quis faceret Pascha nisi die decimaquarta in mense lunari, et nisi mense primo anni naturalis. Et istorum veritas nota est ex his testimoniis:

Ex Exodo, libro secundo Legis [3]: « Mense primo, decimaquarta mensis, in vesperis manducetis azyma ». Et rursum [4]: « Solemnitatem azymorum servabis septem dies, azymum manducabis, sicut praecepi tibi, mense florum, quia mense florum exivistis ex Aegypto ».

E libro Sacerdotum, libro tertio Legis [5]: « Mense primo, decimaquarta mensis, sub vesperas Pascha Domino; et decimaquinta huius mensis solemnitas azymorum Domino ».

E Numeris, libro quarto Legis [6]: « Et locutus est Dominus cum Moise in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi
p. 106. sunt filii Israel ex Aegypto, mense primo; *et dixit ei: Faciant filii Israel Pascha tempore suo, quartadecima huius mensis ». Et rursum [7]: « Decimaquarta mensis primi est Pascha Domino, et decimaquinta eiusdem mensis solemnitas ».

E Deuteronomio, libro quinto Legis [8]: « Observa mensem florum, et fac Pascha Domino Deo tuo; quia mense florum eduxit te Dominus Deus tuus ex Aegypto durante nocte ».

Aristobuli philosophi hebraei, qui fuit cum LXX Senioribus, qui transtulerunt libros divinos e lingua hebraica in linguam graecam: E capite xxx° libri VII[i] Historiae ecclesiasticae [9] Eusebii episcopi Caesariensis: « Requiritur ut omnes pariter immolent Pascha post aequinoctium martii, mediante mense primo; quia hoc tempus invenitur esse segmentum primum solis [10] ». Et rursum dixit: « Est festum Paschae necessario cum non solum sol percurrit segmentum primum aequinoctiale [sed etiam luna] [11]. Aequinoctium enim est duplex in martio et in septembri, et opponuntur e diametro unum alteri. Est autem assignata dies Paschatis quartaedecimae mensis ad ve-

[1] In sic dictis Canonibus apostolorum. — [2] Patres primi concilii Nicaeni. — [3] xii, 18. — [4] xxiii, 15. — [5] xxiii, 5. — [6] ix, 1-3. — [7] xxviii, 16, 17. — [8] xvi, 1. — [9] Alias cap. xxxii. — [10] Vers. ar.: قان الشمس تتخصل في هذا الزمان في البرج الاول. — [11] Verba omissa, tum in textu tum in vers. arab. Deest textus huius capitis in versione syriaca Eusebii.

sperum, cum luna ex adverso soli consistet, ut videre possumus in pleniluniis. Sunt itaque opposita unus alteri: sol segmentum primum aequinoctii vernalis obtinet, et luna necessario segmentum alterum aequinoctii autumnalis ».

Iosephi doctoris hebraei, e tertio libro *Archaeologiae [1]: p. 107.
« Decet ut celebretur Pascha dum est sol in κριός, quod interpretatur aries, die decimaquarta mensis lunaris ».

Canon vii e canonibus Apostolorum [2]: « Si quis episcopus, aut sacerdos, aut diaconus diem sanctam Paschatis ante aequinoctium cum Iudaeis celebraverit: fiat eius depositio ».

Opinio Dionysii, episcopi Alexandriae, de Paschate: e cap. xix° libri VII[i] Historiae ecclesiasticae Eusebii [3]: « Dionysius, cum aliis epistulis quas scripsit, habet etiam epistulas quas composuit hoc tempore de festis, et verbum facit etiam de festo Paschatis: unam scripserat ad Flavium et alteram ad Domitium et ad Didymum; proposuit in ista canonem octo annorum, et ostendit non esse licitum agere festum Paschatis nisi post aequinoctium ».

Anatolii episcopi Laodiceae: e cap. xxx° libri VII[i] Historiae ecclesiasticae Eusebii: « Est itaque in anno primum neomenia primi mensis, quae est initium *cycli* xix annorum; quae secundum supputationem Aegyptiorum est 26[a] phamenōth, sed secundum computum mensium Macedonum 22[a] adār. Invenitur autem sol, 26[a] phamenōth seu 22[a] adār, non tantum ingressus segmentum primum, sed etiam iam a quattuor diebus in illo progrediens. Illud autem segmentum est primum dodecatemorium [4], in quo fit *aequinoctium, et ipsum est initium p. 108.
mensium, caputque circuli quem perficit et in locum suum revertitur post xix annos ». Et rursum ait: « Iudaei qui erant ante Christum illud notum habebant et servabant; et possumus praesertim edoceri hac de re per ea quae scripserunt Philo, et Iosephus, et Moses [5]; et non tantum isti, verum etiam alii antiquiores ».

Constantini regis magni: ex epistula quam scripsit ad episcopos qui non venerant ad synodum: « Uno eodemque anno

[1] III, x. — [2] Mai, *Scrip. veter. nova coll.*, t. X, p. 9. — [3] Alias cap. xxi. — [4] Lege ܕܩܬܡ (cum codice). — [5] In textu graeco: Μουσαίου « Musaeus ».

geminum Pascha facere nunquam profecto sustinebimus [1] ». Id est, non facimus Pascha ante aequinoctium vernum, quia initium anni naturalis est aequinoctium vernum, et si facimus Pascha post aequinoctium et Pascha sequens ante aequinoctium, inveniuntur duo Paschata eodem anno, et annus qui sequitur fluit sine Paschate.

Eusebii episcopi Caesareae: ex eius epistula de Azymis: « Impossibile erat ut sit resurrectio Salvatoris nostri die decima *mensis* adār, dum adhuc dominium est obscuritatis; sed surrecturus erat die vigesimaquarta adār, secundum Graecos, in triumpho lucis, quod significat ipsum esse veram lucem, qui triumphavit et surrexit e mortuis. Et idcirco posita fuit nobis lex ne unquam faceremus memoriam passionis Salvatoris nostri ante vigesimamquartam adār, secundum Graecos, sicut faciebant ab antiquo ». Notum fit ex his verbis aequinoctium vernale incidisse tempore Domini nostri in diem 24^{am} adār, et non celebratum fuisse Pascha, illo tempore, nisi a die 24^{a} adār et deinceps.

p. 109. Eusebii episcopi Emesae: e libro quem fecit *adversus Iudaeos: « Et locutus est Dominus ad Moisem et Aharonem dicens: Loquere ad universam congregationem filiorum Israel, et dic: Mensis hic sit vobis principium mensium et primus omnium mensium anni, mensis honorabilis, significans aequinoctium, indicans ver quod reducit aequalitatem dierum et noctium; non quidem propter Pascha vestrum, sed propter illud vere honorandum, nempe Iesum ».

Mar Theodori interpretis [2]: e parte prima commentarii in Genesim [3]: « Notum est solem perficere circulum anni dum operatur tempestates annuas, id est tempestatem veris, aestatis, autumni et hiemis; nam omnes dies anni ad hunc locum reducit, unde rursum tempus vernale inaugurat ». Et adhuc dicit: « Ita etiam annum facit, propter aequinoctium quod accidit tempore verno, donec per circulum totius anni in eumdem locum pervenerit. Incipit enim annum a tempore aequinoctii vernalis, in quo etiam initium accepit a Creatore in principio ».

[1] Apud SOCRATEM, *Hist. eccl.*, I, IX. — [2] Theodorus Mopsuestenus. — [3] Ad verbum: « de creatione »; fragmentum inter edita non repperii.

Epiphanii episcopi Cypri: e libro de Paschate: « Olim enim quando fuit Pascha ibi, initium est veris, tempus aequinoctii prioris ». Et rursum ait: « Exitus filiorum Israel ex Aegypto, qui fuit mense primo post aequinoctium prius, quod indicat initium veris ».

Andreae fratris Magni episcopi: e libro de Azymis: « Quia ut typus *et exemplar sit mense primo prescriptum erat, non p. 110. licet ecclesiae Dei mense duodecimo celebrare hoc festum ». Et rursum ait: « Idcirco necesse est ut sedulo singulis annis mense primo celebremus festum azymorum. Sed Iudaei, sicut in omnibus occaecati sunt, ita et hac in re offenderunt ». Et ait rursum: « Iam a multis generationibus, cum nondum Christus passus erat, Iudaei illi qui captivi e patria Babylonem ducti sunt [1], et Babylonii hi qui adscenderunt pro eis et consederunt in Palestina, illorum regione, atque vocati sunt Samaritani, et acceperant ab ipsis Iudaeis traditionem quando et quo tempore deceret observare festum hoc Paschatis; sicut primitus acceperunt ab illis pergunt Samaritani in hodiernum celebrare Pascha, post aequinoctium. Samaritani itaque quod sibi a Iudaeis traditum est observant, et Iudaei quod docuerunt non servarunt ». Et rursum ait: « Aequinoctium est initium anni et primi mensis; primus enim mensis inde sumit exordium ». Et rursum dicit: « Ita ut ipsi Iudaei, etsi faciant menses intercalares, non raro duabus vicibus eodem anno celebrant festum Paschatis ».

Simeonis Barqayae: e capite II° libri primi Expositionis Chronici: « Creationem mundi tempore verno constitutam fuisse natura et Scriptura testantur »; et dicit rursum cap. VIII°: « Scias autem omne anni principium ab aequinoctio incipere: aut divinitus a vernali, aut humanitus *ab autumnali ». Et cap. XVI° p. 111. haec dicit: « Notum est ante aequinoctium non licere ecclesiae Dei celebrare Pascha vivificans ». Et dicit cap. I° libri II[i]: « Nobis autem Syris aequinoctium est die 19^{a} *mensis* adār ».

Evidens est ex his testimoniis, et ex aliis quae non commemoramus, non esse licitum ut celebretur Pascha nisi die decimaquarta mensis lunaris qui incidit in mensem primum anni naturalis; et initium primi mensis anni naturalis esse diem aequinoctii vernalis.

[1] Subaudi: post aequinoctium celebrabant.

Supputatio Quartaedecimae Paschatis, ad mentem Hippolyti episcopi.

Cum volumus scire in quotam diem *mensis* adār aut nīsān incidat Quartadecima, ad mentem Hippolyti, dividimus annos Alexandri per octo:

si remanet 1: 13ª nīsān *est* Quartadecima, et eius signum VI;
si remanent 2: 2ª nīsān *est* Quartadecima, et eius signum II;
si remanent 3: 22ª adār *est* Quartadecima, et eius signum V;
si remanent 4: 9ª nīsān *est* Quartadecima, et eius signum II;
si remanent 5: 29ª adār *est* Quartadecima, et eius signum V;
si remanent 6: 18ª adār *est* Quartadecima, et eius signum I [1];
si remanent 7: 5ª nīsān *est* Quartadecima, et eius signum V;
si remanent 8: 25ª adār *est* Quartadecima, et eius signum I.

Et cum volumus scire in quam diem hebdomadae incidat Quartadecima, addimus signum ipsius Quartaedecimae supra fundamentum anni, si annus sit aequabilis, supra autem ini-

p. 112. tium anni, si annus sit intercalaris, et ab eo *quod *sic* colligitur detrahimus hebdomadam, si est: quod autem superest est ipsa dies Quartaedecimae.

Et composuit Hippolytus canonem qui indicat in quotam diem mensis adār aut nīsān, et in quam diem hebdomadae incidat Quartadecima, singulis annis. Dum autem volumus scire diem Quartaedecimae ab hoc canone, dividimus annos Alexandri per XVI, et quod superest sumimus in columna XVI annorum et invenimus iuxta hunc numerum utrum sit in hoc anno mensis intercalaris lunae annon, et mensem et diem *mensis* in quam occurrit Quartadecima; dein procedimus usque ad fundamentum huius anni et invenimus in quam diem hebdomadae incidat Quartadecima hoc anno.

Sciendum est hunc canonem supponere quod sint sedecim anni syriaci *idem ac* sedecim anni lunares cum sex mensibus. Sed canone a doctoribus examinato, inventus est non verus, et reiecerunt eum; cum enim sedecim anni syriaci sint 5.844 dies et sedecim anni lunares cum sex mensibus sint fere 5.847 dies, invenitur inter utramque supputationem excedens trium

[1] Cod. IV; vide notam in textum.

dierum; et ab hoc excedente colliguntur post decem cyclos, i. e. post CLX annos, triginta dies; et haec depravatio est magna, et ideo contempserunt *canonem*; rursum etiam, quia concedebat Pascha iuxta tempus ab eo praefixum, ante aequinoctium vernale incidere posse.

p. 113.

Columna XVI annorum	Anni lunares communes et intercalares	Anni solares communes et intercalares	Quo mense occurrat Quartadecima	In quotam diem mensis occurrat	Signa fundamenti anni						
					I	II	III	IV	V	VI	VII
1	int.	com.	nīsān	13	VII	VI	V	IV	III	II	I
2	com.	com.	nīsān	2	IV [a]	III	II	I	VII	VI	V
3	com.	int.	adār	22	I [b]	VII	VI	V	IV	III	II
4	int.	com.	nīsān	9	VII [c]	VI	V [d]	IV	III	II	I
5	com.	com.	adār	29	IV	III	II	I	VII	VI	V
6	com.	com.	adār	18	I	VII	VI	V [e]	IV	III	II
7	int.	int.	nīsān	5	VII	VI	V	IV	III	II	I
8	com.	com.	adār	25	IV	III	II	I	VII	VI	V
9	int.	com.	nīsān	13	III	II	I	VII	VI	V	IV
10	com.	com.	nīsān	2	VII	VI	V	IV	III	II	I [f]
11	com.	int.	adār	22	IV	III	II	I	VII	VI	V
12	int.	com.	nīsān	9	III	II	I	VII	VI	V	IV [g]
13	com.	com.	adār	29	VII	VI	V	IV	III	II	I
14	com.	com.	adār	18	IV	III	II	I	VII	VI	V
15	int.	int.	nīsān	5	III	II	I	VII	VI	V	IV [h]
16	com.	com.	adār	25	VII	VI [i]	V	IV	III	II	I

[*In codice apud signa, tenuissimis litteris odscriptae sunt notulae sequentes:*]
a) Natus est Christus. — *b*) In ea celebravit Ezechias [1]. — *c*) Celebravit Iosias [2]. — *d*) Celebravit Iosue bar Nun [3]. — *e*) Celebravit Iosue bar Iozedeq [4]. — *f*) In ea celebrarunt in exodo [5]. — *g*) In ea celebrarunt in deserto [6]. — *h*) In ea celebravit Esdras [7]. — *i*) In ea celebravit Dominus noster [8].

[1] II *Paral.*, XXX, 21. — [2] IV *Reg.*, XXIII, 21; II *Par.*, XXXV, 1. — [3] IOS., V, 10. — [4] ESDR., VI, 19. — [5] *Ex.*, XII. — [6] *Num.*, IX, 4. — [7] (?). — [8] MATTH., XXVI; IOH., XIII, 1.

p. 114. *Supputatio Quartaedecimae Paschatis, et festorum quae ab eo pendent, secundum calendarium quo utuntur Orientales.

Adde supra annos Alexandri duodecim annos, et summam divide per XIX:

si remanet 1 : 25^{a} adār *erit* Quartadecima, et eius signum I;
si remanent 2 : 13^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum VI;
si remanent 3 : 2^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum II;
si remanent 4 : 22^{a} adār *erit* Quartadecima, et eius signum V;
si remanent 5 : 10^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum III;
si remanent 6 : 30^{a} adār *erit* Quartadecima, et eius signum VI;
si remanent 7 : 18^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum IV;
si remanent 8 : 7^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum VII;
si remanent 9 : 27^{a} adār *erit* Quartadecima, et eius signum III;
si remanent 10 : 15^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum I;
si remanent 11 : 4^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum IV;
si remanent 12 : 24^{a} adār *erit* Quartadecima, et eius signum VII;
si remanent 13 : 12^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum V;
si remanent 14 : 1^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum I;
si remanent 15 : 21^{a} adār *erit* Quartadecima, et eius signum IV;
si remanent 16 : 9^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum II;
si remanent 17 : 29^{a} adār *erit* Quartadecima, et eius signum V;
si remanent 18 : 17^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum III;
si remanent 19 : 6^{a} nīsān *erit* Quartadecima, et eius signum VI.

Non incidit Quartadecima ante 21^{am} adār, neque post 18^{am} nīsān. Et ideo, si occurrat supra 20^{am}, erit mense adār; si infra 20^{am}, erit mense nīsān. Et dies in quas incidit Quartadecima sunt XXIX *a 21^{a} adār ad 18^{am} nīsān. p. 115.

SUPPUTATIO DIERUM QUARTAEDECIMAE, UNIUS AB ALIA. — Quotiescumque Quartadecima incidit mense adār, ab ea detrahe XII, et quot remanent, tot in nīsān anni sequentis incidit Quartadecima.

Quotiescumque Quartadecima incidit mense nīsān, ab ea detrahe XI, et quot remanent, tot in eodem mense incidit Quartadecima anni sequentis; si non potes detrahere XI, adde XX, et quot colliguntur tot in *mense* adār incidit Quartadecima anni sequentis.

DE SIGNIS QUARTAEDECIMAE. — Quotiescumque Quartadecima incidit *mense* adār, adde supra eius numerum IV, et summam divide per hebdomadas: quod remanet est signum huius Quartaedecimae; et quotiescumque incidit *mense* nīsān, divide numerum per hebdomadas, et quod remanet est signum Quartaedecimae.

IN QUOTAM DIEM INCIDAT DOMINICA RESURRECTIONIS. — Observa in quotam diem adār aut nīsān incidat Quartadecima, et adde signum eius supra fundamentum anni, si sit aequabilis, aut supra eius ingressum, si sit intercalaris. E summa collecta detrahe hebdomadam, si sit, et quod remanet est ipsa dies [1] Quartaedecimae. Cum autem noveris diem Quartaedecimae, procede ad dominicam quam invenies et fac Resurrectionem. Si incidat Quartadecima in diem dominicam, procede ad dominicam sequentem et fac Resurrectionem.

DE INGRESSU IEIUNII. — Si mense adār incidat Resurrectio, adde supra diem *in quam incidit XI in anno aequabili, aut XII p. 116.
in anno intercalari, et detrahe e summa collecta XXXI; et quot remanent, tot in šebaṭ incidit feria secunda Ieiunii. Si mense nīsān incidat Resurrectio: adde XI in anno aequabili vel XII in anno intercalari, et ita in šebaṭ incidit Ieiunium. Si autem fuerint plures quam dies mensis šebaṭ, detrahe dies mensis šebaṭ, et quot remanent tot in adār erit Ieiunium.

DE ADSCENSIONE. — Si mense adār fuerit Resurrectio, adde supra diem in quam incidit IX, et si fiant XXXI, scias in finem [2] nīsān incidere Adscensionem; si fiant plus quam XXXI, detrahe ab eis XXXI, et quot remanent tot in iyār incidit Adscensio. Si mense nīsān incidat Resurrectio, adde supra diem in quam incidit IX, et quot fiunt tot in iyār incidit Adscensio; si vero fiant plus quam XXXI, detrahe ab eis XXXI, et quot remanent tot in ḥezīrān incidit Adscensio.

DE PENTECOSTE. — Si mense adār inciderit Resurrectio, adde supra diem in quam incidit XIX, et e summa detrahe XXXI: quot remanent, tot in īyār incidit dominica Pentecostes. Si mense nīsān inciderit Resurrectio, adde supra diem in quam incidit XIX, et quot fiunt, tot in īyār incidit dominica Pentecostes; si vero fiant plus quam XXXI, detrahe XXXI, et quot remanent, tot in ḥezīrān *erit* Pentecostes.

[1] I. e. feria hebdomadae. — [2] I. e. in diem 30^{am}.

De ultima hebdomada Apostolorum. — Si mense adār
p. 117. incidat Resurrectio, adde supra diem *in quam incidit vi, et quot fiunt tot in ḥezīrān incidit dominica ultimae hebdomadae Apostolorum; si fiant plus quam xxx, detrahe xxx, et quot remanent, tot in tammūz incidit ultima hebdomada. Si vero mense nīsān incidat Resurrectio, adde supra diem in quam incidit vii, et quot fiunt, tot in tammūz incidit ultima hebdomada; si fiant plus quam xxxi, detrahe xxxi, et quot remanent, tot in āb *erit* ultima hebdomada.

De prima hebdomada Eliae. — Si mense adār fuerit Resurrectio, adde supra diem in quam incidit xxv, et e summa detrahe xxxi: et quot remanent, tot in mense āb incidit dominica primae hebdomadae Eliae. Si mense nīsān incidat Resurrectio, adde supra diem in quam incidit xxv, et quot fiunt, tot in āb incidit prima hebdomada; si fuerint plus quam xxxi, detrahe xxxi, et quot remanent, tot in ilūl incidit prima hebdomada.

De ultima hebdomada Eliae. — Si mense adār inciderit Resurrectio, adde supra diem in quam incidit xiii, et e summa detrahe xxxi: et quot remanent, tot in tešrīn priore incidit dominica ultimae hebdomadae Eliae. Si mense nīsān inciderit Resurrectio, adde supra diem in quam incidit xiii, et quot fiunt, tot in tešrīn priore incidit ultima hebdomada; si fuerint plus quam xxxi detrahe xxxi, et quot remanent, tot in tešrīn ii incidit ultima hebdomada Eliae.

p. 118. *De prima hebdomada Mar Moisis. — Si mense adār inciderit Resurrectio, secundum numerum diei in quam incidit, pariter in tešrīn ii incidit dominica primae hebdomadae Mar Moisis. Si in diem 31^am^ adār incidat Resurrectio, in initium kānūn i incidit prima hebdomada. Si mense nīsān inciderit Resurrectio, adde supra diem in quam incidit i, et quot fiunt, tot in kānūn i incidit prima hebdomada.

De ultima hebdomada Mar Moisis. — Secundum numerum diei in quam incidit dominica Pentecostes in iyār, pariter in kanūn ii incidit dominica ultimae hebdomadae Mar Moisis; et secundum numerum diei in quam incidit dominica Pentecostes in ḥezīrān, pariter in šebaṭ incidit ultima hebdomada Mar Moisis.

De bānānē, seu hebdomadis inde ab ultima hebdomada Mar Moisis ad ingressum Ieiunii. — Sume dies quae sunt post dominicam Resurrectionis usque ad finem nīsān, atque dies ab initio šebaṭ anni sequentis usque ad ingressum Ieiunii, et adde alias cum aliis; e summa detrahe xix dies, et vide quot hebdomadas efformat reliquum: eae sunt hebdomadae bānānē [1] *dictae*.

De fundamento lunae. — Adde supra annos Alexandri xii annos et divide summam per xix, et:

si tibi remanet 1, sume xiii cum dimidio;
si 2 remanent, sume xxiii cum dimidio;
si 3 remanent, sume iii cum dimidio;
*si 4 remanent, sume xiii cum dimidio; p. 119.
si 5 remanent, sume xxiii cum dimidio;
si 6 remanent, sume iii cum dimidio;
si 7 remanent, sume xiii cum dimidio;
si 8 remanent, sume xxiii cum dimidio;
si 9 remanent, sume iii cum dimidio;
si 10 remanent, sume xiii cum dimidio;
si 11 remanent, sume xxiii cum dimidio;
si 12 remanent, sume iii cum dimidio;
si 13 remanent, sume xiii cum dimidio;
si 14 remanent, sume xxiii cum dimidio;
si 15 remanent, sume iii cum dimidio;
si 16 remanent, sume xiii cum dimidio;
si 17 remanent, sume xxiii cum dimidio;
si 18 remanent, sume iii cum dimidio;
si 19 remanent, sume iii cum dimidio.

Cum autem addis numerum qui tibi superfuit e xix, numero qui est cum illo, et e summa detrahis xxx, si fuerint plures quam xxx, quod tibi superest est fundamentum lunae huius anni; praeter quam in anno 19°, nam non addere debes iii et dimidium supra undeviginti, sed iii et dimidium tantum fac fundamentum huius anni.

Ut scias quantum sit in mense lunari. — Adde fundamento lunae excedens mensium syrorum perfectorum supra menses lunares, ab initio tešrīn prioris ad mensem in quo es, et

[1] Vox dubiae significationis; cf. *Thesaur. syriac.*, col. 544.

dies elapsas ipsius mensis in quo es. Et si fiunt plures quam mensis lunaris, detrahe ab illis mensem, id est xxix dies cum dimidio, et quantum tibi remanet, tantum est in mense lunari.

p. 120. *Supputatio canonis qui vocatur vinea[1] e quo discere potest unusquisque quantum sit in mense lunari.

Adde supra annos Alexandri xii annos et summam divide per xix: si remanet tibi unus, ingredere portam primam, vel undecimam, vel vicesimam primam; si remanent ii, ingredere portam secundam, vel duodecimam, vel vicesimam secundam; et sic fac usque ad completionem xiv annorum. Si autem tibi remanet *numerus* a xv ad xix, progredere in quinque portas ultimas eodem modo ac fecisti pro quattuordecim primis annis.

